tione misce. Istud assumat calidū in aurora: dormiat per mediā horā post. ¶ Alia potio lenitiua vt supra. ℞. mā ne. ℥. ß. prunoꝝ damascenoꝝ. ℥. ß. syrupi violati. ℥. j. succi rosarū. ℥. ß. aque fumiterre. ℥. j. seri caprini qđ sufficit pro potione: capiat vt supra. ¶ Potio minoratiua. ℞. cassie fistule reubarbari electuarij indi maioris descriptione Mesue. amota scamonea syrupi de biçātijs aque decoctionis iuniperi seri caprini qđ sufficit pro potiōe reubarbarum infundat̄ in sero horis. xij. ⁊ dicte expressioni reliqua addantur: ⁊ fiat potio vt decet. Istud assumat in aurora diebus octo post lenitiuū suprascriptū. ¶ Aliud minoratiuum. ℞. pillulaꝝ de hiera simplici indarū fetidarū amota scamonea. an̄. ℈. j. agarici. ℈. ß. salis gēme. gra. j. misce ⁊ cū electuarij indi sine scamonea qđ sufficit fiant pill'e. vij. pro. ʒ. Scamonea non ingrediat̄ in passionibus cordis: q2 multū inimicat̄ cordi. Istud assumat vbi precedens nō debite solueret. ¶ Diuersiuū. ℞. floꝝ camomille anheti abrotani. an̄. M. j. ß. iuniperi. ℥. ij. rorismarini. M. j. ß. fumiterre. M. j. cōtundant̄ omnia grosso modo: deinde misce ⁊ bulliant̄ in sufficiēti quantitate aque vsq3 ad cōsumptionez tertie partis aque: deinde vsui reserua. Ista lotione calida post materie euacuationē lauent̄ crura qua vtat̄ bis in hebdā: ⁊ ea die qua non vtitur lotione: vtat̄ fricationib⁹ a genu infra stōcho ieiuno cū pāno suauiter calido: ita vt nō inducant violentiā. Digerant̄ dicte antecedētes cause ⁊ materie flegmatice vētosabiles ⁊ genite ex indigestione ⁊ ꝓprie stomacho ⁊ matrice. ¶ Syrupus. ℞. syrupi de biçātijs de absinthio oxymellis simplicis. an̄. ℥. ß. aquaꝝ capilloꝝ veneris apij fumiterre. an̄. ℥. j. Assumat istū syrupū calidū in aurora dieb⁹ cōtinuis: ⁊ hoc per sex dies post assumptionē: solutiui post hūc syrupū assumat sexto die syrupū eradicatiuū suprascriptū. Efficacius a matrice ꝓuocent̄ mēstrua flobothomijs vētosis cū scarificationibus subtiliātibus aperiētibus ꝓuocantibus mēstrua efficaciter suppositorijs suffumigijs ⁊ ebibitis. Cōfortet̄ stōchus matricis splen ⁊ epar. ¶ Ad syncopim ꝓuenientē ex qbusdā vaporib⁹ eleuatis a partibus vesice. ℞. calamenti ruthe se. agni casti aristologie rotūde diptami cymini anisi spice celtice. an̄. ʒ. ij. ⁊ ponātur super fumen. ¶ Ad pulsuz cordis expertū. ℞. melisse buglosse. an̄. M. j. ß. corticū citri croci. an̄. ʒ. j. gariof. ℈. ß. çucchari albi lib. ß. fiat syrupus. ¶ Confectio cordialis valde nobilis in debilitate cordis ex febre maligna. ℞. margaritarū. ʒ. j. ß. hiacinti. ʒ. ß. cinnamomi gariofilorum macis. an̄. ℈. j. limature auri ⁊ argēti. an̄. ʒ. j. çucchari albi lib. j. distēperent̄ in aqua rosaꝝ. ℥. viij. fiat ꝯfectio in tabulis: cooperiant̄ folijs auri. ¶ Confectio imperialis cuius ꝓprietas est cōfortare cor: clarificare spiritū ⁊ sanguinē: hoiem reddit hilarē cōfortat omnia nutritiua mēbra ⁊ cerebrū ⁊ neruos: ⁊ subuenit casibus syncopis: ⁊ pōt dari in omni etate ⁊ omni tēpore: q2 parū excedit in qualitatib⁹. ℞. rosarū ligritie cinnamomi se. cucumeris melonuz cucurbite citruli. an̄. ℥. ß. pineaꝝ mundataꝝ infusaꝝ in aqua calida passulaꝝ. an̄. ℥. j. fisticoꝝ. ℥. ß. candi. ℥. j. nucis muscate: gariofiloꝝ: ligni aloes: blacte biçātie: masticis: sirici crudi: reubarbari electi. an̄. ʒ. ij. folij been albi ⁊ rub. semi. oçimi: çedoarie: doronici: çinçiberis: galāge: calamēti: cardamomi. an̄. ʒ. j. sandaloꝝ alboꝝ ⁊ rub. an̄. ʒ. ß. fiat el'arium: qđ possit sumi cū spatula cū çucchari lib. iij. eliquat̄ çuccharūz in succo boraginis ⁊ buglosse ⁊ maxime in estate: ⁊ in hieme pōt dissolui in vino optimo: ⁊ aromatiçet̄ cuz musci ambre. an̄. g̃. ij. sed in estate sufficit gra. j. dosis eius est coclear vnū paruū siue de mane ante cibū: siue in sero. Et istā confectionē scribit Gentilis in tractatu de corde.

¶ Finitur Liber Tertius.

Alia lenitiuā.

Potio minoratiua.

Minoratiuū aliud.

Diuersiuum.

Syrupus.

Cōfectio imperialis ad syncopim ⁊ cordis egritudines.

¶ Liber Quartus eiusdē Aggregatoris ⁊c̄.

¶ De egritudinibus stomachi. Caput. I.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. I.

Stomachus intestinoꝝ principium est neruosus. A quo fit stomachor verbum: qđ ⁊ fastidio: ⁊ cum stomacho aliqd dicere vl' facere dicim⁹: hēst cū indignatione siue fastidio: ⁊ stomachosus qđ facile indignatur ac cuncta fastidit ⁊ stomachose fastidiose. Concoquit enim stomachus ⁊ immutat: paterfamilias vocitatus est: quia totum animal solus gubernat. Nam si egrescat vita in ancipiti est. Inter lienē ⁊ iecoris fibras ab vtroq3 latere comprehenditur: supra infraq3 inter diaphragma ⁊ intestina medius positum habet. Hunc in anteriori parte omentuz a posteriori vene grandes fouent. A superiori parte in sinistrā vergit: ab inferiori in dextram declinat: ita orificiorum suorū ratio exposcere videtur: ob id atram bilem in superiorez sui partem decurrentem: certo meatu a liene assumit. In imam ꝟo a folliculo fellis flauē bilem porro delatā accipit. Uētriculus in medio tumet: ac pendet qui mēbranis tenuibus septo cōnectit̄: lieni: iecori: cordi: cerebroq3: venis: arterijs: neruis: vn̄ in ictu capitis sepe stomachi subuersio euenit. Exterior stomachi tunica carnosa stamineā venaz in latitudinem protendit qua materia ciboꝝ subigit̄: ⁊ a digestione superflua: dum sese astringit: secernere dicitur. Huic potentie apocritica nomē est. Interior rursus tunica tactus sensum habet vnde cibi apparētia ꝓuenit: exterior ꝟo cibū potionēq3 mutat: ac cōfundit: ea vis a grecis alloetica vocat̄: cui relique obsequunt̄ virtutes. Stomachus intus denticulatus est callo in moduz rubi ad conficiendos cibos decrescētibus crenis versus orificia: nouissima asperitas vt scobina fabri: ab his fibre: que ob similitudinez messenterice dicuntur: oriunt̄ que inter venam ⁊ neruum naturaz habent a quibus humor attrahitur: inde per maiores venas ad iecur transmittit̄: s3 duz concoquit stomachus nec sui ignarus est: quoniā in fame ac siti ꝓtinus humorē attrahit: ac ꝑmus recreat̄. ¶ Stomachi infirmitate animo ruentes deficientesq3 sebleuamus cataplasmatis vtendo: que stomachum confirmēt: diaphinicon ⁊ vino ⁊ farina: ⁊ croco: ⁊ aloe: ⁊ mastice. aspsionibusq3 ex absinthio ⁊ melino: ⁊ mastichino oleo: ⁊ nardino: ⁊ vino. At si stomachum exurant miscenda sunt: que refrigerent: vt colloquintide succus: vl' lactuce: vel portulace: vel strychni: vel seris: vel oxylapati: vel olfacis: qui non solum refrigerat: verumetiam obstruit: multumq3 eos iuuat extremarum partium confrictio: qđ si his melius habeant conflagrantes in lauacrum statim agendi sunt eis qui frigus sentiant aliquantulum diatrionpiperis dandum est: aut ipsum piper albū. ¶ Cuz autem multa ⁊ frigida pituita in stomacho congesta fuerit: ⁊ consequatur exolutio: stomachum aspergimus multum oleo calido: in quo fuerit decoctum absinthium: inde dandum mellicratum ⁊ hyssopum: vel aliquid simile in ipsum inuergendo oxymelle: ⁊ pipere: ⁊ diatriōpiperis aut diospoliticum medicamen: cunctaq3 in victu: que vim secandi habeant. ¶ Si stomachus fuerit infirmus: sunt superimponenda que possint ipsum cōfirmare: qualia sunt dactylorum ⁊ vini ⁊ farine: ⁊ croci: ⁊ mastices: ⁊ aloes: inuergendūq3 ex absinthio: ⁊ melino: ⁊ masticino: ⁊ nardo: ⁊ vino: ⁊ admisceant̄ refrigerantia vt collogntide succus: ⁊ lactuce: ⁊ portulace: ⁊ strychni: ⁊ intibi ⁊ ol

facis. Qđ si inflāmatū aliqd circa p̄cordia appareat ad/ miscēdum etiā inuergēdo: qđ sedet: vt ex oleo camomelli/ no ⁊ ciprino adipe galline: vel anseris ⁊ bdellio vl' armo/ niaco: ⁊ id genꝰ alijs in cataplasmatis ex apij semine ⁊ te/ lis ⁊ altee ⁊ camomille floris: que cōposita vim habeant parādi tenuitate sua ⁊ amaritudine ⁊ ꝯctione. ℂ Medi/ camen faciēs ad inflationē ⁊ languorē: ⁊ cōmuniter oēm stomachi dolorē: succi papaueris albi. ʒ. ij. piperis casto/ rei. aā. ʒ. j. petroselini. ʒ. iiij. nardi syriaci. ʒ. j. terito i pulue/ rem potū prebe in cubili: ⁊ ad cubile qui bene valēt plus dato: doloris expers est: ⁊ facit cōcoctionē in primis celia cis mulieribꝰ: necnon viros celiacos inflationes ⁊ crudita tes: ⁊ febriū: ⁊ hypocūdrioꝝ dolores: ⁊ i cruditatū: febres ⁊ tusses: lateruꝫ dolores: ⁊ spasmata: ⁊ vbi opus sit citare vrinā. ℂ Alia antidotꝰ optima. Nardi spice piperis. aā. ʒ. j. cassiefistule costi. aā. ʒ. ij. da ex aqua noctu: facitqꝫ non solū stomaticis: sꝫ etiā epaticis: ⁊ nefreticis ⁊ audacter vte re. ℂ Aliud p̄sentaneū remediū pluris experiētie. māsuꝫ heleni. ʒ. iiij. maratri se. ʒ. iij. piperis. ʒ. ij. petroselini se. ʒ. j. mellis attici crudi optimi lib. ij. qđ si nō habeat̄ alterius dispumati. Ego aūt adieci eruce semen ad. ʒ. ij. ⁊ oino suc/ cessit egregie. ℂ Aliud stomachū: petroselini macedoni/ ci: se. cumini. aā. ʒ. iiij. capit̄ a ieiuno: ⁊ in vespera cuꝫ pau co vino diluto. Hec Alexā. ℂ Itē stomacho frigido iuni/ peri se. piperis. aā. ʒ. ij. çinçiberis. ʒ. iiij. petroselini. ʒ. j. mel lis quantū satis sit vtere. pro melle saccarum adieci.

[margin: Id inflatio/ stomachi.]
[margin: Aliis ad idē.]
[margin: ex alexādro]

ℂ Ex traditione penorum ⁊ arabum. .§. II.

[margin: ...traplo 3° ...uiarij. c. 1.]

STomachus in duas diuidit̄ sectio/ nes. s. os stōchi: ⁊ cōca/ uum eiꝰ: ⁊ iter vtrāqꝫ est dr̄ia in sub̄a ⁊ actio/ ne: quoniā os stomachi est plures habēs nu/ meros ⁊ plures sensus. In actione quidē qm̄ q̄uis ambe diuisiones simul has duas efficiant actiones scꝫ appetitiuā ⁊ digestiuā. Nā magis ꝓpriū interiori par/ ti stomachi est digestio: ⁊ magis ꝓpriū ori eiꝰ est appetitꝰ: ⁊ interiori eius est etiā appetitus: verūtn̄ est minor appe/ titus ori stomachi: ⁊ os stomachi digerit: verūtamen mi/ nus q̄ꝫ interior pars. Hoc aūt membrū infirmat̄ egritudi nibus multis cōmuniter ⁊ ꝓprie. Cōmunes aūt sunt sicut reliquoꝝ mēbroꝝ sil'ium partiū ⁊ officialiū ⁊ sol'o impa/ ris. Et accidūt in eo caliditates: qn̄ infirmat̄ per malitiaꝫ cōplexionis. Qđ aūt accidit in eo ex egritudinibꝰ officia/ libus est sicut flegmon: aut apostema flegmaticuꝫ qđ di/ cit̄ molle: aut apostema melancholicuꝫ: aut almesira: aut solutio cōtinuitatis sicut incisio aut foramen. Et iste egri/ tudines quidē cōmunicāt stōcho ⁊ alijs mēbris. Que vo stomacho ⁊ ori eiꝰ sunt ꝓprie destructio digestionis: ⁊ eiꝰ diminutio ⁊ malitia: ⁊ destructio appetitus: ⁊ appetitꝰ ca ninus ⁊ singultus ⁊ nausea: vomitꝰ ⁊ qbusdā aduenit syn/ copis ꝓportionata ad stomachū ꝓpter lesioneꝫ oris sto/ machi ⁊ ꝯsequit̄ eos spasmus: ⁊ subeth: ⁊ epilepsia: ⁊ inge tudo. Et nos quidē iam vidimus quosdā febriētes: quos cōsecutus est spasmus subito: p̄ter qđ appareat in eis ali/ qua significationū quibus significaret̄ illud. Postq̄ꝫ ergo euomuerūt cholerā euaserūt statim: verūtn̄ oēs iste egri/ tudines nō accidūt nisi qn̄ alia ledunt̄ mēbra: ⁊ ledit̄ sto/ machus lesione eoꝝ: ⁊ appetitus comedēdi lutū ⁊ carbo/ nes ⁊ que sunt illis similia: plurimū accidit cū lesione mē bri. Et fortasse putrefit aliqd in stomacho: ⁊ facit accide/ re paucitatē delectationis ⁊ nauseā: ⁊ fortasse adheret in stomacho humor in pāniculo intrinseco eiꝰ sil'is glutino: ⁊ facit accidere syncopim: ⁊ fortasse natat ⁊ attrahit vomi tum. ℂ Cōstātinus. Incipiamus a mery qđ ab ore cibuꝫ ad stomachū ducit. Istud mery magnū iuuamētū est cor poris: cū portet cibū ad stomachū ⁊ potuꝫ: ⁊ patit̄ tribus

[margin: ...nstātinus ...4° viatici ...5. 1.]

modis: vel ex mutatione cōplexionis: vel ex apate: vel ex vulnere: vnde eiꝰ actio mutat̄: ⁊ trāsglutiēdi vsus aufert̄. ℂ Desideriū cibi ⁊ potus esse intelligimus sensum stōchi exinaniti in venis recepta suggētibus. Corruptio deside/ rij fit tribus modis. Ex humoribus crudis: vel cholericis ori stōchi dominātibus: vel ex ablatione virtutis deside/ rabilis: ⁊ sensibilis mortificatione sui: vel ex corruptione mētis appetitū nullius cibi neciuꝫ intelligētis. ℂ Appe/ titio canina tribus modis fit: vel ex frigida complexione oris stōchi dn̄ante vel ex acidis humoribꝰ ibidē coaduna/ tibus: vel ex vltimitate exinaniēdi: quaꝫ patit̄ vis corpis ex frigida cōplexione de aliquo acido humore: nimiā seq solutionē est videre: vn̄ corpꝰ debilitat̄: ⁊ plus q̄ꝫ digerat māducat: omnis enim digestio ex calore fit tēperato vel nimio. Cū ergo aliqs hac laborat infirmitate: qr caret ca/ lore plus q̄ꝫ digerat potest māducare. Cum enim ex defe ctione ꝯtingit virtutis cōtētiue qđ māducat̄ in stōcho nō digerit̄: sed fere sicut intrat crudū ⁊ indigestū: itidē emit/ tit̄ per secessuꝫ. ℂ Et aliqn̄ qdā hoies appetūt irrationa/ biliter: sicut cretā lateres carbones: ⁊ sil'ia corpꝰ nō adiu/ uantia: ⁊ hec sepe fiūt in mulieribꝰ frigide nāe: ⁊ pregnā/ tibus maxime: qđ fit ex malis ⁊ putridis humoribus sto/ machū inuiscātibus: vel ex alijs mēbris ad ipsuꝫ cōfluē/ tibus: sicut mēstrua in mulieribꝰ: que dum ꝯcipiūt ipsaꝝ mēstrua ad stōchū veniūt. ℂ Diuersitas huius appetitꝰ s̄m qualitates humoꝝ in stōcho se coadunantiū conside/ ratur. Et aliqn̄ rursus bibēdi aufert̄ appetitus: qđ sil'iter tribus modis efficit̄: vel ex nimijs ⁊ humidis humoribꝰ stōcho dn̄antibus: vel ex defectione v̄tutis sensibilis: vel ex corruptione mētis. ℂ Aliqn̄ sitis augmētat̄ ex cōplo/ ne calidoꝝ humoꝝ mēbroꝝ pectoris dn̄atiua vel epatis siue ex apatibus calidis in eis. ℂ Et aliqn̄ fit eructuatio extra tēperamētū nature: cuius causa vētositas inflatiua est quā per os expellit nā. vētositas hec est ex stōchi defe ctione: ⁊ stōchi defectio est ex mala cōplexione: vel quo/ rundā humoꝝ dn̄atione. Si humores sint cal'i fumose ru ctuabit̄: si frigidi acide. Acida ructuatio q̄tuor ex causis est: ex frigiditate stōchi: vel ex adunatione cibi: ⁊ multitu dine sui: vl' ex nā frigidissima. Uniuersaliter cā ructuādi est ex defectione caloris in stomacho: ne cibo dn̄et̄ ⁊ dige stioni: sicut videmꝰ in paruo foco si multa ligna ⁊ viridia apponamꝰ. ℂ Aliqn̄ aūt fit singultꝰ: qui malus est motꝰ virtutis desiderātis expellere rē nociuaꝫ: qui multis mo/ dis fit. De repletione: ⁊ de inanitione: de corruptione cibi infra stomachū: ⁊ sui permutatione in pūgitiuas qualita/ tes: de frigiditate oris stōchi: de vētositate inflatiua stōchi ex repletione: vel ex multis hūoribꝰ humidis: vel ex mul titudine potus ⁊ cibi. Et qcūqꝫ ꝯtinuā vult custodire sa/ nitatē stōchū custodiat: ne sibi neciuꝫ cibū ꝓhibeat: neqꝫ plus det q̄ꝫ digerere valeat. Antiq parū comedere prece/ perūt: vt calor nālis dn̄etur sue digōni. ℂ Si eniꝫ come/ damus hec que calor nālis nequeat digerere: fastidiū ge/ nerat̄. Fastidiū magnū est nocumētū ad sanguinē corrū/ pendū: ⁊ morbū generādū. q̄ si sit ex malis cibis grossis generātibꝰ chimos grossos: morbi duri ⁊ diuturni gn̄ant̄. Et cū hō anteq̄ꝫ cibū accipiat abominationē patiat̄: mali chimi i stōcho eē itelligunt̄: q si sint in spatiositate stōchi facile cū vomitu pn̄t expelli. ℂ Si ꝯclusi in suis pellicu/ lis abominatio fit inde: neqꝫ vomitum facit: qr humores illi inclusi sunt ⁊ inuiscati ori stōchi si sint calidi generant sitim: ⁊ fumose faciūt ructuari. si sint frigidi appetitus ni/ mius fit sine siti. ℂ Et bonū est corpi si vomitꝰ nō neciuus sibi sit: ⁊ si necesse hēat vt s̄m crisim fiat. Est aūt vomitꝰ cū os stōchi moueat̄ in expellendis eum grauantibꝰ vel pungentibus cibis: siue humoribus: aliquādo fit vomitus

[margin: Vn̄ causetur desideriū ex Cōstantino.]
[margin: De canino appetitu ex Cōstantino.]
[margin: De irrōnabili appetitu ex Constātino.]
[margin: De defectu appetēdi potum ex Constantino.]
[margin: De siti.]
[margin: De eructuatione.]
[margin: De singultu.]
[margin: De fastidio.]
[margin: De abominatione.]
[margin: De vomitu.]

ex stomachi defectionibus: cū retinere cibos vel humores nō valeat quos nā sursum eleuat: cū pars stōchi inferior ore sit fortior: vel inferius nā deprimat: cuz os stōchi sit fortius parte inferiori. Et in stomacho aliqñ est inflatio: que est aer nō coctus frigidus ꝛ grossius nascēs ꝑprie in stomacho de inordinata dieta. Aliqñ in capite fit vētositas: qꝛ vēti motio nāliter petit supiora: nascit̄ ꝛ tūc in toto corpore maxie in hydropicis. ¶ Est aūt inflatio vl' de humoribus crudis: vel melācholicis: sed differūt adinuicem: qꝛ de crudis humoribus mollis ꝛ humida: de melancholicis sicca ꝛ dura. ¶ Auicēna. Stomachus nutrit̄ tribus modis. vnus est quo fouet̄ cibo adhuc in eo existēte. Et secūdus est eius qđ ad ipsuz venit de nutrimēto in venis. Et tertius est eius qđ ad ipsuz effundit̄ tēpore famis vehemētis ab epate ex sanguine rubeo puro ꝛ nutrit ipz. Et vsus medicinarū ꝛ vt assuescat stomachus vti adiutorio medicine in oꝑationibus suis ex causis est egritudinū stomachi. Et stomachus quidē vehemētis sensus parat⁹ est ledi ꝛ impediri a qualibet causa gñatiua humoꝝ: ꝛ nō est aliqd ita vaporosuz vt fructus. Et scias ꝙ egritudines stomachi qñ ꝓlongant̄: perducūt ad raritatē texture villoꝝ eius: ꝛ fit difficile succurrere ꝛ medicari. Cūqz aūt bonitas adest gustus: ꝛ est sanus nō eligit saporē supra dulcem. Et plime egritudines stomachi sunt frigide: ꝛ color stomatichoꝝ est plūbeus. Malitiā cōplexionis cal'e stomachi significat sitis: nisi supfluat ꝛ deyciat vtutē. Et malitia cōplexiōis frigide stomachi: qñqz ꝑducit ad hydropisim ꝛ iliacā. Et cura malitie cōplexionis in qualitatib⁹ actiuis facillima est: qꝛ facillime inuenim⁹ medicinas cōtrarias eis vehemētis virtutis. In passiuis xͦo est difficillima ꝛ ꝑprie cōplexionis sicce. Et cū mā egritudinis stomachi est ambigua: tūc nō est qđ magis cōferat ꝙ̄ hierapigra: sed cū eius malitia est sine mā: tūc ipsa nocet cal'o ꝛ sicco. Et qñqz positio vētosarum sup stomachuz in doloribus frigidis maximū affert iuuamētū. Et aloe quidē est cōueniens in euacuationib⁹ stomachi. Et scamonea est nociua stōcho ꝛ inimica ei: nō igit̄ audeas dare ipsaz nisi cū necessitas adest. Et aqua ferri mineralis: aut in qua extinguitur ferrū ignitū multotiēs est adunatiua stōchi humidi hois. Et scias ꝙ debilitas stomachi fortasse est cā oīuz egritudinuz corporis. Et deterior debilitas stōchi est illa que ꝯtingit in rarificatione texture villoꝝ eius. Et frigus quidē vehemētius ꝑtinet ad appetitum. Et oīa olea ꝛ vnctuosa ꝛ ꝑprie butyrū ꝓsternunt appetitū. Et fames ꝭm plurimū est a supfluitate caloris in corpore toto ꝛ extremitatib⁹ eius. Qñqz fit fames ꝑpter vermes ꝛ serpentes magnos: cū cito incipiūt venire ad comesta: ꝛ appropinquant eis: ꝛ dimittūt corp⁹ ꝛ stomachū famelica. Et multotiens caninus appetitus ꝑducit ad bolismū ꝛ subeth ꝛ mortē. Et est bolismus fames vaccina: ꝛ est fames membrorū cum satietate stōchi: sunt igit̄ mēbra famelica valde indigētia nutrimēto: ꝛ stomachus respuens ipsum. Et scias ꝙ digestio est fundi stomachi: ꝛ appetitus oris eius. Et quotiēs festinat digestio festinat descensus: ꝛ si tardat: tardat. Et cū medicaueris aꝑata cal'a stomachi: tunc caue ne in potu sumas solutiuū forte: aut qđ vomere facit: naz administratio vomitus error est. Et ille qui vomit sanıez ex stōcho suo est ad desperationē ꝓpinquior ꝙ̄ ad spem. Et subuersio stomachi est motus expulsoris: cui nō associatur motus expulsi. Vomitus xͦo est vt associet̄ motui facto ab expulsore motus expellēdi ad exteriora. Et nausea est dispositio stomachi que quasi suscipit hos motus: ꝛ est quasi declinatio ad hos motus. Et vomitus quidem sanguinis cū egredit̄ a necessitate portēdit mortē. Et vomitus quidē purus est malus cholericus quidē significat superfluitatē cal'itatis: ꝛ flegmaticus supfluitatē frigoris simplicis puri. Et vomitus diuersoꝝ coloruz deterior est nigro. Et sanior quidē vomitus est permixtus medius in grossitate ꝛ subtilitate. Singultus est motus diuersus cōpositus: sicut spasmus cōstrictiuus cū tentione dilatiua in ore stomachi: aut in toto corpore eius: aut mery: ꝛ est motus debilior motu vomitus ꝛ quasi motus ad vomitū debilis. Et si homo habuerit singultuz ex mā ꝛ accidit ei in seipso sitis ei⁹ singultus resoluit̄. ¶ Rasis. Egritudines stōchi sunt debilitas digōnis: ꝛ malitia istimbre: paruitas appetitus: ꝛ supfluitas eius: ꝛ dolor qui cōmouet̄ post comestionem: ꝛ vomitus eius qđ comedit̄: ꝛ aꝑa ꝛ vlcera.

De inflatiōe stomachi.

Auicēna fen 13ª tertij.

¶ Ex traditione auctorum recentium. .§. III.

Stomachus diuisus est in duas ꝑtes. Prima dicit̄ os stōchi. i. mery siue ysophagus. Scđa xͦo inferior ei⁹ est cōcauitas. He aūt partes differūt inter se: scilz in substātia ꝛ actione. In substātia: qm̄ os stomachi idest substātia mery magis est lacertosum ꝛ neruosum. Concauitas xͦo stomachi est magis carnosa ꝛ min⁹ neruosa. Et hoc sic intellige: qꝛ in mery minus est de carne ꝛ plus de neruo ꝛ ligamēto ex quibus est lacertus. In concauitate xͦo stomachi minus est de ligamentis ꝛ neruis: ꝛ plus de carne: ꝛ quāto plus descēdit tāto plus caro augmētat̄ ꝑꝑ digestionē. In actione xͦo differunt: qꝛ ꝙ̄uis vtraqz pars digestionē efficiat: ꝛ appetituz. pars xͦo superior plus hꝫ de appetitu: ꝛ minus de digestione. Cōcauitas ecōuerso. Et qm̄ lacerti qui mouent mery ad attrahēdū: ortum habent a primis spōdilib⁹ colli: ꝛ dicunt̄ longitudinales: qꝛ ꝑ eos fit attractio: ꝛ actio trāsglutiendi que est nālis actio ipsius stomachi. Vomitus aūt nō est actio nālis: imo fit per quosdā lacertos: qui nō sunt intra subaz mery: sꝫ sunt in quadam pellicula exterius ipsum inuoluēte: ꝛ dicūtur latitudinales: per illos eniz fit expulsio superflui illuc decurrentis. Passiones aūt mery siue oris stomachi multe sunt ꝛ diuerse: vt est defectio transglutiēdi: corruptio appetitus vel desidery: caninus appetit⁹: bolismus: ablatio appetitus vel irrationalis: dolor ꝑcordioꝝ: sitis: singult⁹: vomitus: eructuatio: natatio cibi in ore stomachi. Passiones xͦo partis inferioris stomachi sunt: eructuatio: singultus: fastidiū: abominatio: vomitus: inflatio stomachi. Cuz ergo vtraqz pars stomachi diuersas passiones incurrat: primo dicemus de aliquib⁹ passionib⁹ mery. Nā de oīb⁹ dicere mare esset magnum. Incurrit ergo mery morbos cōsil'es ꝛ officiales ꝛ cōes: sicut omnia gñā apostematum ꝛ oppilationes: qñ coartat̄ a spōdilibus colli dislocatis: aut ꝑpter apostema membri circūstantis: aut ꝑpter supfluum fluxum sanguinis. hec enim omnia impediūt officium trāsglutiendi: ꝛ insuper nocumentū accidit in lacertis latitudinalibus: que etiā adiuuāt illā eandem operationem: ex eo ꝙ longitudinales attrahunt superius: latitudinales xͦo inferius comprimūt. Harū passionum cause per sua signa inuestigant̄. Signa aūt morboꝝ cōsimiliū per se patent ꝑpter accidentia malaꝝ cōplexionū. Apostemata xͦo tactu vel visu cognoscunt̄: vel per sua signa. Coartatio aūt ꝑpter dislocationē spondiliū per dolorem colli manifestat̄. Destructio seu ablatio appetitus eiusqz diminutio: seu famis que est ꝭm Galenum cibi indigētia: seu desideriū calidi ꝛ sicci: sicut sitis est indigentia potus: ꝛ desideriū frigidi ꝛ humidi: cui⁹ organū os stomachi nā instituit sunt mote: sunt enim spēs nocumenti appetitiue actionis. ¶ Electuariū cū aqua cydonioꝝ: qđ facit appetere cibū. ℞. aque cydonioꝝ lib. iiij. mellis lib. ij. aceti fortis lib. j. ß. decoquant̄ sup prunas ꝛ accipe spumā ei⁹: deinde sumant̄ zinziberis, ʒ. iiij. triōpiperō. añ. ʒ. ij. ß. terātur

cū p̄dictis:ꝛ decoquat̄ donec fiat ſicut ſubſtātia mellis:ꝛ detur ex eo coclear vnū:det̄ in ieiuno ante prādium per duas horas. ¶ Trifera mūdificās ſtōchū a cholꝰa ꝛ fl'ate ꝛ ſoluit vētrem cū facilitate:ꝛ facit appetere cibū. ℞.mirabolanoꝝ citrinoꝝ chebuloꝝ emblicoꝝ ꝛ belliricorū. aā.ʒ.x.liquiritie raſe.ʒ.v.turbith albi mūdati.ʒ.vj.çinçiberis.ʒ.iij.cinnamomi beil.aā.ʒ.ij.terant̄ ꝛ cribellentur: ꝛ liniant̄ cū oleo de amigdalis dulcibꝰ:ꝛ ꝯfice cū melle:ꝛ det̄ ex ea potio integra.ʒ.ij.aut.iij.cū aq̄ calꝰa. Medicamen expellēs appetitū bolismi. ℞.cardamomi maioris: cubebe.aā.ptē.j.çucchari albi partes.ij.doſis ſit aureꝰ.j.

[margin: ...ifera faci... appetere ...um.]

¶ Pillule educētes flegma acetoſuꝫ de ſtōcho:cōueniētes appetitui canino ex frigiditate cū humoris vitio acetoſi. ℞.turbith albi ꝛ mūdi agarici.aā.ʒ.j.ſpice.℈.j.cōfice cū oxymelle ſquillitico:ꝛ dent̄:deinde det̄ diatrionpipereon:diacyminū qđ digerit ꝛ ꝯſumit humorē acetoſuꝫ: ꝛ alterat diſcraſiā ſtōchi frigidā. Cū xo adeſt fluxus: qđ eſt plimū:tūc cōueniēs eſt ꝯfectio electuarij elephāgine: qđ fit in tēpore eſtatis. Cibus aūt expertus eſt ex raffano vitellis ouoꝝ ꝛ vnctuoſis ꝛ pinguedinibꝰ multis:cōſumit humores:aufert diſcraſiā frigidā:ꝛ ſenſuꝫ obtūdit ſeu appetitū.

[margin: Raſis ...ſioni... / ...ille ꝯueni... ...es appeti... canino.]

¶ Electuariū curās caninū appetitū:ꝛ corruptuꝫ deſideriū. ℞.paſſulaꝝ enucleataꝝ.ʒ.vj.cupulaꝝ glādiū ʒ.ij.ſ.aniſi.ʒ.iij.myrre mirabo.nigroꝝ emblicoꝝ ꝛ belliricoꝝ.aā.ʒ.vij.ſcorie ferri infuſe in aceto exiccate ꝛ torrefacte.ʒ.viij.cardamomi maior꜠ cubebe.aā.ʒ.ij.çucchari tabarçet qđ ſufficit.doſis eſt.ʒ.j.cū aqua anthos ſtōcho ieiuno.

[margin: ...ectuarium ...ās caninū ...petitum.]

¶ Pillule p̄ſeruātes ſtōchū ab omni leſione intrinſeca:nec p̄mittūt putrefieri humores in eo:imo abſtergūt ꝛ mūdificāt rugas ꝛ parietes:ꝛ q̄ aſſiduat vſum eaꝝ diebus ſingulis p̄manebit illeſus a dolorībꝰ ſtomachi:nec a dolorībus capitis vexabitur vnq̄ꝫ: ꝛ nihil eſt oculis ſalubrius:ꝛ eſt medicina m̄ricis vitioſe. ℞.maſticis.℥.ſ.aloes electi.ʒ.x.agarici boni.ʒ.ij.cōficiant̄ cū ſucco altilie vꝰl cū ſucco bethonice.doſis eſt.ij.pillꝰe vel.iij.qñ itur dormitū: ꝛ poſſunt recipi ſꝫm modū volūtariū vſqꝫ ad. vij.aut.ix. vel.xj.

[margin: ...ille p̄ſer... ...es ſtōchuꝫ ...oi leſione.]

¶ Electuariū ꝯfortās cor cerebrū ꝛ totuꝫ corpus: ꝓuocat mēſtrua:ꝛ eſt exp̄tū ꝯ putrefactiones in ſtōcho:ꝛ ſubuenit ap̄atibꝰ ſtōchi:nec patit̄ aliquā putrefactionem in eo. ℞.triōpiperō. aā.ʒ.j.gariofiloꝝ.ʒ.ij.ariſtologie lōge çedoarie violaꝝ bethonice.aā. ʒ.iij.ſalꝰ gēme.ʒ.ij.myrre electe ad pōdus oiuꝫ.Cōfice cū ſyrupo de ſpica.doſis eſt a.ʒ.ſ.vſqꝫ ad.ʒ.j.ſ.

[margin: ...ariū ꝯ pu... ...factōes ſto... ...chi.]

¶ Medicamē imp̄atoris in ſitive hemēti. ℞.aquā frigidā ꝛ irrora deſup̄ acetū albuꝫ puꝝ quātū tolerare poteris:ꝛ da bibere ſtōcho ieiuno quantū eſt cupa. ¶ Itē epithimet̄ ſtōchus cor ꝛ epar ex puluere cāphore ſandaloꝝ cū ſucco raſure cucurbite:aqua roſarū ꝛ pauco aceto:ꝛ cataplaſmet̄ cū folijs ſalicis vitis ī aq̄ roſata. ¶ Itē fiat iulep de ſucco lymonū:vel de cucurbita: ꝛ teneat in ore cryſtallū.

[margin: ...edicamē ...iti vehe... ...nti.]

¶ Syrupus extinguēs ſitim ex cauſa calida ꝛ ſicca. ℞.cicoree endiuie epatice lupuli boraginis acetoſelle.aā.℥.j.violaꝝ roſaꝝ:floꝝ nenupharis ꝛ cucurbite lēticulaꝝ aque floꝝ vue.aā.ʒ.vj.ordei mūdi ℥.j.prunoꝝ ſebeſten iuiubaꝝ.aā.nūo.xx.ſeminū frigidorum.aā.℥.j.pſilij integri ſe.cydonioꝝ. aā.ʒ. vij. çucchari albi lib.j.ſucci granatoꝝ muçoꝝ lib.ſ.cāphore. ℈.ſ.croci grana.v.ſumat cū aqua frida.

[margin: ...yrupꝰ exti... ...ens ſitim.]

¶ Electuariū nobile cōfortās ſtomachū. ℞.galāge nucis muſcate:cardamomi. aā.ʒ.ij.anthos.℥.ſ.mēthe aſſe.aā.ʒ.iij.ſyrupi de corticibꝰ citri quātū ſufficit.

[margin: ...ariū ꝯfor... ...ſtōchum.]

¶ Cerotū filij Zacharie cōfortās ſtomachū. ℞.cere mūde.℥.iij.terebētine. ℥.ij.ſ.olei nardini. ℥.ij.liquefac eas:ꝛ ſup̄aſperge puluerē. ℞.myrre maſticis aloes.aā.℥.j.roſaꝝ.ʒ.vj.peonie caſtorei.aā.ʒ.ij.aniſi.ʒ. v.calamēti.ʒ.vij.gariofilo.nucis muſcate cardamomi calami aromatici reup̄ōtici.aā.℥.ſ.Cōfice vt hū ſtōcho adhereāt.

[margin: ...rotum ad ...m. / Contra ... ...tū app...]

[margin: Pillꝰe reſtrigētes vomitū]

¶ Pillule reſtringētes vomitū. ℞.myrre maſticis:ſanguinis draconis.aā. ʒ.ij.anthere.ʒ.j.ꝯfice cū ſucco mēthe:ꝛ da mane ꝛ ſero.

[margin: Syrupus de berberis.]

¶ Cōfectio ſyrupi de berberis ꝯueniēs ad idē. ℞.berberis ſpodij.aā. ℥.ſ.vue acerbe.℥. ij.cicoree.M.ſ.çucchari lib.ij.ꝛ da ieiuno ſtōcho cuꝫ aq̄ maſticis.

[margin: Ad vomitus infantium.]

¶ Ad vomitū infantiū. ℞.ſucci cydonioꝝ mēthe:vini pontici aā.equales partes:fac bullire:ꝛ miſce in eis maſticis:corticū thuris.aā.℥.ſ.ſpice cinnamomi gariofili nucis muſ.gallie muſ.aā.ʒ.ij.ꝛ infuſa birra ſcarlete bene calꝰa applicet̄.

[margin: Caſus notabilis in debilitate ſtōchi ꝛ calꝰitate epatꝭ.]

¶ Cōtra debilitatem digeſtiue ſtōchi ꝛ ꝯñter epatis ꝛ renū caliditatē vbi ſunt hec accidētia. vꝫ. debilitas digeſtiue ſtomachi frida flegmatica:dolor aſſiduus quaſi quedā vētoſitas in eo gñata q̄ ſepe ꝛ minuit ꝛ augmētat:epatis calꝰitas exceſſiua cōplexionalis magis q̄ꝫ mālis:deſcēſus humiditatis ſiue catarri a capite:dolor in eo aggrauatiuus ex cauſa frigida:inflāmatio renuꝫ cōpoſitionalis magis:dolor in eis ex cauſa eadē. In tali caſu valēt remedia ſequētia.

[margin: Digeſtiuum.]

¶ Digeſtiuū facile. ℞.ſyrupi de abſinthio.℥.j.mellis roſati colati.℥.ſ.aquarū abſinthij ℥.ſ.cicoree capilloꝝ veneris.aā.℥.j.ſ.miſce. Aſſumat calidum ꝛ nō tepidū in aurora decē diebꝰ cōtinuis:ſtet poſtea ieiunꝰ horis tribꝰ:dormiat deſup̄ horis duabꝰ.

[margin: Solutiuū facile.]

¶ Solutiuū facile. ℞.pillꝰaꝝ elephāginarū de reubarbaro agarici electi. Agaricus minutim inciſus in fruſta ponat̄ in infuſione oxymel.ſimpli.p̄ horas. x.deinde ex ipſo cum alijs fiāt pillꝰe.vij.pro.ʒ.iſtaꝝ pillꝰaꝝ accipiat vſqꝫ ad.v. aut tres in mane in aurora ꝛ hoc in capite.v.dieruꝫ:ita q̄ cū aſſumpſerit.v.diebꝰ de ſyrupo accipiat pillꝰas:deinde alijs.v.vicibꝰ accipiat de ſyrupo vt ſupra:ꝛ demū de pillulis.

[margin: Cōfectio ſtomachi cōfortatiua.]

¶ Cōfectio ſtōchi ꝛ epatis ꝯfortatiua. ℞.ſpecieruꝫ diarodō abbatis aromatici roſati deſcrip. Gabrielis.aā. ʒ.ij.ſ.çucchari albiſſimi.℥.xij.fiat cōfectio ſolida in morſellis.ʒ.iij.pro morſello cū aqua abſinthij ꝛ endiuie: accipiat omni die vnū morſellū in aurora:ꝛ de ſero ante cenā per horā aliū:ꝛ ſic cōtinuet.viij.diebus iteratis illis duabus purgationibus dictis ſupra.

[margin: Unctio ſtomachi cōfortatiua.]

¶ Unctio ſtomachi cōfortatiua. ℞.oleoꝝ maſticis.℥.j.abſinthij. ℥.j.ſ.cydoniorum anheti.aā.℥.ſ.pulueris abſinthij maſticis mēthe.aā. ℈.j.gariof.℈.ſ.calami aro.℈.j.gallie muſ.℈.ſ.cinamo. ℈.j. corralloꝝ rub.coriā.p̄para.aā.℈.ij.ꝛ cū modico cere fiat vnguētū pro ſtōcho.vngat̄ ſtomachus mane ꝛ ſero ante paſtuꝫ horis duabꝰ:ſupponat̄ deinde pānus calidus:hac vnctione vtat̄ facta p̄ma purgatione.

[margin: Epatꝭ vnctio confortatiua.]

¶ Unctio epatis ꝯfortatiua:ꝛ eius calꝰitatis remiſſiua. ℞. oleoꝝ de ſpica.℥.j.roſati.℥.ſ.pulueris ſandaloꝝ rub.ʒ.j. ſpodij.℈. ij.ꝛ cum modico cere ꝛ aceto fiat vnguētum.vngat̄ epar vt de ſtomacho dictum eſt:ꝛ ſuperponat̄ petia non calida:ſed tepida:precedant tñ hanc vnctioneꝫ purgationes dicte.

[margin: Pillule confortatiue.]

¶ Pillule ſtomachi cōfortatiue:ꝛ caliditatis epatis remiſſiue. ℞.trociſcorum de ſpodio.ʒ.j.trociſcorū de roſis deſcrip. Meſue.ʒ.ij.cum ſyrupo de abſinthio fiāt pillule.viij.pro.ʒ.poſtq̄ꝫ complete fuerint purgationes ꝛ confectiones dicte:incipiat vti his pillulis diebus.x.continuis q̄nqꝫ in aurora:ſtetqꝫ ieiunus horis tribus:ꝛ dū vadit dormitum lōge a cena accipiat tres.

[margin: Stōchi ꝛ epatis confortatiuum.]

¶ Stomachi ꝛ epatis ꝯfortatiuū. ℞.ſummitatū abſinthij qđ ſufficit pro rafiolo paſſularuꝫ ad corinthios tantūdem pulueris maſticis coriādroꝝ p̄paratoꝝ:endiuie. aā.quātūlibet.abſinthium minutim incidat̄ ꝛ nō piſtet̄:deinde oia ſimul incorporent̄:ꝛ fiat cuꝫ pauco paſte ſubtiliſſime rafiolus. Aſſumat de hac mixtura octo diebꝰ ꝯtinuis mane:ꝛ etiaꝫ poſt ipſiꝰ aſſumptionē capiat vnū coclear paſſularuꝫ ad corinthios:deinde ſumat vini mediocris caloris. ℥.iij.deinde ſtet ieiunꝰ horis tribꝰ:poſtea prādeat.

[margin: Unctio ad renū calꝰitatem.]

¶ Unctio familiaris ad renū calꝰitatē exceſſiuā. ℞.oleoꝝ. nenufaris

rosati violati.añ.ʒ.ſ.sandalo rub.ʒ.j.cinnamomi.ʒ.ſ.aceti.ʒ.ſ.⁊ cū modico cere fiat vnguentū. Iſta vnctione vngantur renes ſero cū vadit dormitū:ſupponat̄ pānus linius tepidus.

De eructuatione.

⸿ Et eructuatio ſi multiplicet̄ digōnē corrūpit ⁊ qñ minorat̄ inflat ſtōchuʒ:⁊ confert ei maſticatio thuris ⁊ cymini:⁊ qñ multiplicat̄ vtat̄ vomitu ante cibū ⁊ eluario diapipeon:⁊ çinçibere cōdito ⁊ balneo.

De ſingultu ⁊ eius cura.

⸿ Singultus aut fit ꝑpter groſſam vētoſitatē:aut ꝑp rem mordicātē os ſtōchi:aut ꝑpter apoſtema in epate:aut ꝑpter euacuationē ſupfluā.Et ſigna ei⁹ ꝙ accidit a mordicatione oris ſtomachi ſunt ꝙ fit poſt comeſtionem rei calide:aut vomitus cholere rubee:aut viridis aut nigre. Et cura ei⁹ eſt traycere aquā calidā aliquotiēs:deide ſumat oleū amigdalarū:aut ſumat de butyro recēti paulatim:⁊ ſi ſedatur bene:⁊ ſi non:adminiſtra vomitū dando in potu ſyrupum acetoſum ⁊ aquā calidā:⁊ euomat eū multotiens:deinde da ei oleum ⁊ ſorbitiones lenes factas ex amylo ⁊ oleo amigdalarū ⁊ çucchαro.Et qñ eſt ex vētoſitate groſſa ⁊ accidit infantib⁹ poſt repletionē lactis:⁊ cōferunt ei ameos.çç.calamentū maſticis quoꝝ ſumat̄ puluis pondere.ʒ.j.ſ.cū vino puro.Et eius qui fit ex apate epate calido ſigna ſunt:febris acuta ⁊ nauſea. Et cura eius eſt flobothomia baſilice:⁊ ſumere in potu aquā ordei ⁊ granatorum:⁊ emplaſtret̄ epar ſandal̄.⁊ aqua roſ.⁊ aceto ⁊ cāphora:⁊ ſumere in potu aquā ſolatri ⁊ endiuie bullitaʒ cū ſyrupo acetoſo.Et fit ſingultus poſt diariā ⁊ ſolutionē vētris ⁊ eius debilitatē:⁊ plurimū eius curationē nō habet:⁊ eſt ſignū malū ⁊ curat̄ ſm diſpōnē ſumēdo in potu lac ſemp:⁊ ſorbitiones lenes:⁊ vinuʒ plurime cōmixtionis:⁊ aquā carnis.

Cōfectio contra ſingultū.

⸿ Confectio Hippo. Rectificās malaʒ cōplexionē ſtomachi frigidā:expellēs vētoſitatē:⁊ liberans a ſingultu. ℞.corticū fiſticoꝝ exteriorū:coſti amari:caſtorei:petroſilini. añ.ʒ.j.balſamite:calamēti : aniſi:maſticis:ſpice.añ.ʒ.vj.ariſtologie.ʒ.iij. Cōfice cū oxymelle ſqlliti co:⁊ da.ʒ.j.cū aqua ſiſimbrij.Et ſemen ruthe cum nitro:⁊ aqua mellis curat ſingultū ex ventoſitatibus groſſis:que ſunt ex guloſitate.

Decoctio.

⸿ Et decoctio ſquinātí:⁊ corticuʒ fiſticorum cuʒ qualitate liberat ab eo.

Pillule contra ſingultū.

⸿ Pillule ſingulares cōtra ſingultū calidū:⁊ humores acutos aſcēdētes ad ſtomachum ex epate ⁊ malitiā eius calidā ⁊ ſiccaʒ ⁊ febres. ℞.ſpodij ſe.endiuie portulace:ligni aloes.añ.ʒ.j.ſ.pulpe tamarindoꝝ.ʒ.ſ.raued electi.ʒ.j.conficiantur cum aceto.

Emplaſtruʒ ad idem.

⸿ Empl̄m ad idē. ℞.triū ſandaloꝝ.ſpodij farine ordei.añ.partes equales:confice cū ſucco ſempuiue. ⸿ Emplaſtrum cōtra ſingultū ex groſſis humoribus:⁊ delet dolorem eius. ℞.galange baccaruʒ lauri ariſtologie rotunde ruthe gētiane.añ.ʒ.iij.myrre caſtorei.añ. ʒ.ij.garioſi.ʒ.v.roſaꝝ.ʒ.ij.maſticis.ʒ.ſ.cōfice cum aqua mellis ſanſuci.

⸿ De egritudinibus epatis. Caput.II.

⸿ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. .§.I.

IEcur a dextra parte eſt ſub ꝑcordijs:⁊ in quatuor fibras ſecatur. Dicit̄ ⁊ iecinus. Huic mēbro ſanguinis originē recētiores phyſici attribuere:quod ſi validuʒ eſt aucto ſanguine augeri mēbra vident̄:inualido decreſcere nō dubiū eſſe ſi extenuata in nobis mēbra ſunt eo cōualeſcēte facile implent̄. Plato ℞o noſter Jecur nobiliſſimū mēbruʒ eſſe putauit:in quo diuinationis gratiā collocauit:quo priuato nec euidēs quicq̄ fit vaticinij ſignū. Jecur iter exta ꝑportione maximū eſt.ſub precordijs a dextra parte ſuſpēdit̄ ſanguine ⁊ ſpiritu nāli refertum. Jntrinſecus cauū:extrinſecus gibboſum:e regione lienis.vētriculo leniter ꝑmittens inſidet:quē fouet:in viuēte magis pēdet. Jn eo multiplex vis eſt:naʒ attrahit retinet cōcoquit:digerit ⁊ expellit.ſuccū eniʒ omnē in ſanıem:in bilē:ac atrā bilem digerit:eē potētie ex tēperato cordis calore nutritiue virtuti deſeruiunt congenite. Jecinori varij deputant̄ morbi. Nam infirmitate ⁊ inflāmatiōe heryſipilatibus:dicit̄ enim heryſipilas a grecis cuʒ ſuper inflāmationē rubor vlcus ambit:⁊ ſciris ⁊ abſceſſibus corporis que apoſtemata nominant̄:⁊ vlcerib⁹:⁊ oppilationibus capitur. De infirmitate igit̄ ipſius ꝑmo dicendum:qua epaticos ꝑprie languētes appellare conſueuimus. Si itaqʒ ſuccos exhaurit ſeceſſus:humidiora ℞o in iecur redeāt:aut in totū venter vacet morbo:exiſtimāda eſt iecoris vis ad trahendū infirma. Si ℞o ſimili ablutioni recētis carnis videant̄ excrementa:alteratiua ⁊ ſanguinis effectrix dicenda eſt. Uerū ſi ob calidaʒ diſtemperantiā.primū qdem putrefactiones fiēt humorū. Deinde carnis ipſius iecoris:⁊ cōpunctiones vētris male olētes:bilis ad modū craſſa ⁊ affluens colore:vt in peſtilētib⁹ febribus apparet. Cōtabefacto aūt iecore totū contabeſcit corpus:⁊ febricitāt languētes:appetitūqʒ amittūt:⁊ feculentū hauriūt:⁊ bilē vomūt. Si frigida ℞o fuerit diſtēperantia:neqʒ perpetue excretiones:neqʒ multe fiunt inueteréſcit morbus:diebuſqʒ aliquot fluit confertim venter male olens velut lutū ſanguinis craſſi ſi'lis atre bili multos varioſqʒ colores frigida oſtēdit diſtēperātia:cū obſcura ſubeſt febris cōſtanſqʒ facies magis appetētes ſunt cibi:qūocūqʒ tales fuerint diſtēperātie vbi ariditas ſubeſt:excremēta docent:ſitis adeſt ſi paucitas ſumit̄:cuʒ humiditas:humidiora ⁊plura minuſqʒ ſitiūt. Jnflāmato aūt iecore:cōmuniter quidē omnib⁹ dolor orit̄ in dextris ꝑcordijs ſurſum penetrans ad iugulū vſqʒ humerūqʒ partis eiuſdē. Deorſum ℞o ad latus vſqʒ qd̄ nothū vocāt:⁊ acuta febris:⁊ tuſſis arida:⁊ ſitis ⁊ appetitus amiſſio ſpirandiqʒ difficultas:⁊ lingua ꝑmo quidē rubra videt̄:poſt ℞o atra:vomūtqʒ bilem:⁊ vēter aſtringit̄:ſigna fere ſunt que pleureticis. Cū aūt heryſipilas cōſtiterit in iecore:inflāmationes intēdunt̄:⁊ exeſtuant:exiccatioqʒ ⁊ maraſmus inſurgit:q ſimā iecoris partē inflāmatā hn̄t nauſeā:⁊ vomūt:appetitūqʒ amittūt:⁊ inflāmationes intēdunt̄ ⁊ cōſternant̄ aīa intercluſa frequēter refrigerant̄:vt hinc itercutē morb⁹ ſumat initiū. Cū ℞o iecoris cōuexa inflāmātur:ꝑterea que dicta manifeſto turgent viſu tactuqʒ ſi tenuior obſcuriorqʒ fuerit iubebim⁹ q̄ maxime reſpirare:qd̄ ſi in dextris ꝑcordijs dolor appareat iecoris mediocris exiſtimāda eſt inflāmatio ſin iuxta poſitū ſubiectoꝝ muſculoꝝ ſpatioſus inflāmationis timor videat̄:nihilqʒ iam dictoꝝ affuerit:illos ipſos inflāmari intelligam⁹:grauitas in tenore doloreqʒ ſentit̄ in dextris ꝑcordijs citra tumorē ac febrem oppilationē indicat venaꝝ:qua in pte eſtuāt:inflāmatione ℞o verſa in apā:dolor ipſis cū tenore auget̄ inexpectatiqʒ fiūt rigores:neqʒ in ſiniſtrū latus pōt languēs inclinari impēſius dolēte iecore. Confracto aūt apate:aut ꝑ vrinā aut ꝑ vētrē excremētū euadit ſuppurationibus refertū. Si ℞o in affectionē ſecabilē tumor deciderit:dolores cōminuunt̄:tumor certe euidēs cū duritie:at corpa circū attenuant̄:ꝑcedēte porro tpe cogſcere difficile eſt ꝙ aq̄ iterc⁹ fieri icipiat:vniuerſaqʒ ꝑcordia ſub humore cōtegunt̄. Ad calidā iecinoris diſtēperātiaʒ vtendum refrigerātibus:⁊ cōfirmātibus mediocriter inteſtinū. Si frigida ſit diſtēperantia per ꝯria eunduʒ eſt.

⸿ Ex traditione penorum ⁊ arabum. .§.II.

DEbilitas fit in epate propter aliquid malitie cōplexionis que vincit:aut in ſubſtantia eius:aut in inſtrumētis:aut in materijs retentis in inſtrumētis ſuis. Et epati quidē ſunt quatuor virtutes:ſcʒ illa que attrahit ſuccoſitatē ciboꝝ poſtq̄ digerunt̄ in ſtōcho ⁊ inteſtinis:⁊ il-

la que ponit eā fecē ⁊ alteratā ad sanguinez:⁊ illa que ab/
stergit supfluitates gn̄atas in eo. Dico ergo ꝙ necesse est:
vt sint nobis due intentiones in curatione malitie cōple/
xionū que sunt in epate:scz ɔ̄rietas spēi ex qua vincit ma
litiam cōplexionis:⁊ ɔfortatio epatis ipsius. Et pͥma gdē
cōpleť cū eis que sunt ɔ̄ria cause inuēte. Et secūda cū me/
dicinis bonoꝝ odoꝝ que miscenť in rebus que admini/
stranť interius ⁊ exterius:qð est qꝛ nō opz vt sit studium
nostrū in destruēdo causaz que facit corruptionē tm̄:sed
etiā ad ɔseruandā subalitatē ipsius mēbri lesi:⁊ ꝑprie qn̄
lediť aliqð mēbrū pͥncipale:aut illud cui est operatio cō/
munis sicut epar:in cōltatibus aūt opz vt ɔsidereť ad hꝰ
accidētia. In ꝑprijs ꝟo tūc si est lesio epatis ꝑpter ma/
litiam cōplexionis calide:tūc administramus res infrigi
dātes extinguētes caliditatē ipsam exterius ⁊ interius. Et
si vincit super epar malitia cōplexionis frigide:tunc opz
vt detur panis infusus in vino:⁊ denť ex carnibꝰ qð est ve
locis digestionis sicut parue aues. Malitie aūt cōplexio/
nis sicce aut humide que sunt in epate:opz vt medicētur
cum regiminibus ɔferētibus:⁊ eliganť ex eis res de pro/
prietate quaꝝ est vt humectent ⁊ exiccent pͥter ꝙ appet
calefactio eaꝝ ⁊ infrigidatio ⁊ hoc in inceptione. Nā ipse
cum magnificanť faciūt cadere in hydropisim carnosaz.

Auicēna fen 4ª tertij.

¶ Auicēna. Epar gdez hoīs maius est epate omnis ani/
malis appropinquātis ei in quātitate. Et est mēbrum qð
generat sanguinē:qȝuis meseraice ɔuertant chiluz ad san
guinē cōuersione aliqua ꝑpter illud qð est in eis de virtu
te epatis. Et caro gdem epatis sensum nō habet:sed illud
qð de ea sequiť pāniculū sentit. Et diciť ꝙ omne animal
plus comedēs ⁊ debilioris cordis:est habēs maius epar.
Et nō opz vt ad summū perueniať in infrigidatione epa
tis quantū possibile est:⁊ pducat ad hydropisim:neqȝ in
calefactione ⁊ perducat ad arefactionem. Et epar adip.i.
lupi iuuatiuū est cū ꝑprietate sua:⁊ carnes lymaciaꝝ si/
militer. Et medicus quidē expertus cognoscit epaticuz ⁊
stomaticū omnē per colorē suū:nō agēs cū eo significa/
tione alia:⁊ nō est ad illud nomen significās illud ꝑpor/
tionale ꝑprium. Et scias ꝙ qn̄qȝ fit omnis debilitas ex
omni malitia cōplexionis:⁊ qn̄qȝ est necessitas vt infrigi
detur ita vt digerat ⁊ ita vt attrahat:igiť cōsidera malitiā
cōplexionis dn̄antis anteꝗ̄ cōsideres debilitatē. Et plu/
rimū oppilationū nō fit nisi in latere cōcauo:qn̄qȝ etiam
fiunt in gibbo. Oppilationes quidez sunt ex materiebus
egritudinū epatꝭ. Et oppilationē gdē hn̄s est pauci sangui
nis:⁊ corrupti coloris. Et qn̄qȝ antiquať oppilatio indi/
gens flobothomia basilice ⁊ solutione. Et habēs oppila/
tionē elonget inter comestionē ⁊ potū ⁊ ꝑprie potū vini:
ipsum enim vinū intromittit cibū indigestuz ad epar. Et
scias ꝙ cū apati epatis associať vētris solutio est mortale.
Et qn̄qȝ pducūt oēs spēs apatum calidoꝝ ⁊ frigidoꝝ ad
hydropisim. Et si virtꝰ est fortis attrahere qð necessariū
est de sanguine in vice vna:⁊ si nō partire ⁊ segrega in vi
ces plurimas:nō euadit aliqs ex apate duro quiescēte cō
firmato:⁊ illi qui sananť ex eo sunt q curanť in initio sui.
Cacesia est dispositio in primis anꝭ hydropisim:⁊ appro
priať noīe corruptionis cōplexionis. Et cū accidit vlcus
ei:fit difficilis eius cōsolidatio ꝑpter corruptionē cōple/
xionis. Et qn̄qȝ accidit cacesia ꝑpter aggregationē aque
in pulmone:⁊ fit forma eā patiētis sil'is forme hydropici.

[Co]nstātinus [pan]tatici.c.1.

Serapi[o] breuiari[o]

¶ Cōstantinus. Epar duobꝰ modis pati diciť:scz ex sue
essentie ꝑprietate:vel ex alioꝝ mēbroꝝ vicinitate. Ex sui
ꝑprietate tribꝰ morboꝝ generibus:sicut ⁊ omnia mēbra
corpis patiunť. Mutatione cōplonis sicut si refrigescat:
vel calefiat:humecteť:vel desicceť:simplr seu cōposite.
Scōm genus ꝟo morbi officiales vocantur:sicut oppila/
tiones vel apostemata. Tertium dissolutio imparitatis:
idest separatio iūcture appellať sicut sunt vulnera:exco/
riationes:incisiones:⁊ sil'ia. De aūt passiones generāt hy/
dropisim. Si ꝟo epati diuersarū cōplexionū vna domi/
netur:qua virtus sua nālis supereť:durities ⁊ tumores in
ipso cōficiunť. hec mala cōplexio vel est sine mā:vel cuz
mā. Cū ꝟo epar vnum sit de illis mēbris qbus animalia
viuūt:cū corrūpiť cōplexio sua vidēdū est vn̄ corruptio
fiat. si ex calore fit:opz basilicā flobothomari: si tempus
etas:cōsuetudo nos adiuuēt. Qð si non:refrigeremus cuz
spodio çuccha. psillio:syrupo albo oxyçaccara. Demus se/
rum cuz oxyçaccara:succū herbaꝝ endiuie scariole sola/
tri bn̄ coctū ⁊ colatū. Epar ꝟo oppilať multis modis:vel
ex grosso sanguine ab epate ad mēbra currēte:cū non dz
currere:vel ex humoribus grossis ⁊ viscosis in venarum
extremitatibus inuiscatis:que de maiori vena egrediunť:
⁊ ibi generať oppilatio. Item epar oppilať de quorūdaz
mēbroꝝ incisione:similiter oppilatio in muliere nascitur
cū mēstrua sua ante tēpus auferanť. Apostema nasciť in
epate duobus locis:scz in superiori parte:vl' inferiori. Si
sit in superiori cum tactu sentiť:maxime si sit magnum.
Si in inferiori intelligiť ex suis accidētibus. Apostema/
ta in epate nascētia duobus modis sunt:vel de causa exte
riori:sicut percussione:vel collisione:vl' de interiori:sicut
si in epate quidā humores includātur:⁊ ipsis putrefactis
generanť apostemata.

Rasis in lib. diuisionum cap. 63.

¶ Rasis. Egritudines epatis aut
apostema cal'm aut durum:⁊ nō forsitan sit flegmaticuz
aut oppilatio:aut malitia cōplexionis frigide aut calide:
aut debilitas eius tm̄:aut vētositas grossa sub eo:⁊ icteri/
tia:⁊ hydropisis. Et signa apostematis calidi sunt febris
inseparabilis:⁊ vehemētia sitis:⁊ vomitꝰ cholere:⁊ qn̄qȝ
fit cū eo singultus:⁊ icteritia:⁊ tussis sicca in qua non est
sputum omnino:⁊ casus appetitus. Apostematis autē du
ri signū est ꝙ apparet tactui res dura sub costis:⁊ corrū/
pitur color ⁊ minorať appetitus. Oppilationis aūt signū
est grauitas quā inuenit infirmꝰ in dextro latere sine do/
lore:⁊ nō est febris:⁊ paruitas digōnis:⁊ lenitas ventris.
Malitiā aūt cōplexionis in epate que calida est:sequun/
tur febris:⁊ sitis:⁊ siccitas vētris multa:⁊ paruitas appe/
titus:⁊ asperitas lingue absqȝ grauitate:⁊ non est dolor
sub costis dextris:⁊ rubet aqua valde. Malitia autez cō/
plexionis frigide est cum solutione ventris:⁊ mollitie cor
poris ⁊ corruptione coloris:⁊ tumore faciei:⁊ prauitate
appetitus:⁊ digestionis grauitate:⁊ dolore sub latere de/
xtro. Debilitatis ꝟo eius signum est tm̄ egestio similis
aque recentis carnis cum abluitur:cum paucitate appeti
tus:⁊ extenuatione corporis. Uentositatis autem que est
sub ipso signa sunt tēsio que est sub latere dextro que cō/
mouetur cum digeritur cibus:⁊ sedatio per compressio/
nem vehementem super ipsum:⁊ existimant stulti medi/
ci ꝙ est oppilatio vel apostema.

¶ Ex traditione auctorum recentium. §.III.

Morborum epatis quidam sunt a cau/
sa ꝑpria seu ꝑpria passio/
ne ipsius epatis:⁊ quidam a cōpassione. Mor/
bus proueniens a propria causa diuidiť in tria.
In morbos consimiles:officiales:⁊ cōmunes. Primo de
morbo cōsimili epatis calido venit dicendū. Talis ergo
mala complexio calida:siue sit materialis:siue non:sitim
generat:⁊ ardorem:⁊ siccitatē in lingua. Sed si adest ma
teria sequitur nausea vel vomitus. si ꝟo non:non fit. Itez
cum materia vrina est magis citrina:⁊ magis turbata:⁊
sepe adest febris:⁊ dextrum hypocundrium sentitur cali
dum. Si in frigiditate sit mutata in hoc habet sua ꝑpria
signa:nimiā famē:qð est:qꝛ frigiditas comprimit cibaria

ad fundū stōchi: ꝛ ita fit inanitio in ore stōchi: ꝛ ita fames ꝛ appetitus sequunt̄. Hanc sepe sequit̄ diaria ptisanaria: qꝛ deficit attractio in epate: ꝛ digestio: sanguis minuit̄: ga minuit̄ digestio: ꝛ non est febris: sed est magis via ad hydropisim: nisi forte post longū tēpus: qn̄ ingrossatum est corrūpit̄: vnde putrescit ꝛ facit febrē: subtilis est vrina: qꝛ liquidius ꝯsumit̄ in humore: ꝛ igrossat̄ humor: ꝛ nō exit: nisi qđ liquidius est.

Cura male cō plexionis cali de epatis.

Cura male cōplexionis cal'e epatis est aqua ordei: ꝛ aque citruli: ꝛ aq̄ cucurbite: ꝛ syrupus acetosus purus: ꝛ aqua endiuie: ꝛ aqua solatri ꝑpric: ꝛ assiduatio emplastrationis epatis cū sandalis ꝛ rof. ꝛ cāphora: ꝛ nō sit cibariū nisi acetosum: comedant̄ carnes hedi ꝛ lactētis vituli: ꝛ berberis: agresta: ꝛ potet̄ aqua veri frigoris: ꝛ sit dimissio vini oino.

Cura male cō plexionis frigide.

Cura male cōplexionis frigide est omne qđ calefacit epar ex medicinis ꝛ cibis sicut piper ꝛ calamētū çinçiber cōditū ꝛ vinū vetus purū ꝛ emplastratio extrinsecus cū ciperis ꝛ spica ꝛ squināto ꝛ myrra ꝛ costo ꝛ vino odorifero stiptico, veteri.

Cura apātis calidi.

Cura apātis calidi epatis cū est incipiēs: ꝛ vsqꝫ ad hebdām ꝛm Raf. est flōmia cephalice in latere dextro: ꝛ emplastret̄ epar sandalis ꝛ cāphora ꝛ rof. añ. ꝛ infrigidet̄ epar semꝑ: ꝛ sit ꝯtērus pro cibo ordeaceo ꝛ det̄ in potu aq̄ granatoꝝ acetosoꝝ ꝛ aqua endiuie ꝛ aqua solatri cū syrupo acetoso de çucchꝫaro puro. Cū ergo alleuiat̄ febris: sint cibi ex herbis ꝛ agresta cū pullis: ꝛ dimittat vinū oino vsquequo verificet̄ ei sanitas.

Cura apātis duri epatis.

Cura apātis duri epatis est vt in potu sumat diacurcumā ꝛ athanasiā ꝛ trociscos de bdellio: quoꝝ confectio ꝛm Rasim est hec. ℞. rosaꝝ tritaꝝ. ʒ. x. spice nardi. ʒ. ij. cētauree. ʒ. j. lacce. ʒ. j. ß. myrre. ʒ. j. costi. ʒ. j. ß. masticis. ʒ. ij. amigda. amaraꝝ. ʒ. ij. bdellij. ʒ. iij. resoluat̄ bdelliū cū vino: ꝛ ꝯficiant̄ cū eo medicine: ꝛ fiāt inde trocisci: ꝛ sumant̄ de eis in potu. ʒ. ij. aut. iij. cuꝫ aqua endiuie si fuerit cal'itas: ꝛ si nō cū aq̄ mellis: aut cuꝫ aqua ꝛ vino.

Cura oppilationis epatis.

Cura oppilatiōis epatis est si cū ea fuerit cal'itas: syrupus acetosus cū aqua endiuie: ꝛ si fuerit cuꝫ ea frigiditas diacurcuma maior cū aqua radicū: ꝛ dimittat cibos grossos viscosos sicut pultes: ꝛ panis açimus: ꝛ pedes ꝛ case⁹: ꝛ oīa dulcia que hn̄t grossitiē: ꝛ comedat res cū quib⁹ fit abstersio: ꝛ multiplicet̄ sal in pane suo ꝛ fermētū.

Cura debilitatis epatis.

Cura debilitatis epatis est emplastratio cū rebus calidis stipticis: sicut sūt masticis ciperi spice thuris nucis cupressi gallia muscata: vinū vetus purū. Et fiāt cibi ei⁹ ex granis granatoꝝ ꝛ passulis cum suis interioribus: ipse enim confortant epar ꝛ impinguant ipsum. Epar adip exiccatus teratur optime ꝛ bibatur ex eo coclear vnuꝫ ꝛ est aure. ij. cum vino dulci: ꝛ si habeat febrem cum aqua frigida solum. confert enim vt vult Rasis iuuamentum maxime ei qui in epate suo hꝫ egritudinē.

Syrupus de epatica.

Syrupus de epatica ad epatis calefactionē ꝛ debilitatē mirabilis. ℞. epatice. M. j. lenticulaꝝ aque. M. j. ß. floꝝ cucurbite: violaꝝ rosarū. añ. ℥. j. cymarū squināti. ʒ. j. ß. çucchꝫari tabarçet lib. j. irroret̄ cū succi granatoꝝ. ℥. iiij. ꝛ aromatiçet̄ cuꝫ sandal'. vtriusqꝫ ꝛ spodij. añ. ʒ. j.

Syrupus magistralis.

Alius syrupus. ℞. succi endiuie: succi solatri: succi cucurbite. añ. lib. j. succi granatoruꝫ muçoꝝ lib. ß. çucchꝫari lib. j. ꝛ aromatiça vt supra. da. ℥. ij. cū aqua rostri porcini ꝛ vno trocisco de cāphora.

Solutiuū filij Serapiōis

Solutiuū bonū filij Serapionis ad oppilationem epatis ex grossis ꝛ viscosis humorib⁹. ℞. hierapigre simplicis. ℥. j. agarici pulueriçati. ʒ. j. da cum aqua polypodij absinthij. apij: anisi: assari: ꝛ masticis. añ. ʒ. j.

Syrup⁹ ꝯtra oppilationeꝫ epatis.

Syrupus valens ꝯ oppilationē epatis ꝛ splenis: dissoluit vētositatem ꝛ digestionez iuuat: colorē reparat: renes ꝛ vesicā apiēdo mūdificat. ℞. masticis cinnamomi croci gariof. nucis muscate galāge: çinçib. añ. ʒ. j. apij: anisi: carui: feniculi: petrosilini: capparis. añ. ʒ. iij. saxifragie: sticados: folliculoꝝ sene: thimi: epithimi. añ. ℥. ß. çucchꝫari qđ sufficit.

Pill'e ex ... ad oppil... neni visc...

¶ Contra veſtigia ſiue ſint rubea:citrina liuida vel nigra. ℞.farinaꝝ cicerū fabarū.aā.ʒ.j.amili.ʒ.ij.medulle ſeminis melonuz.ʒ.j.dragagāti gūmi arabici.aā.℈.j.albumis oui ꝯquaſſati.ʒ.j.cere rubee lote pluries cū aq̄ pluuiali.ʒ.j.decoctionis vltime carniū abſtractarū:qđ ſufficit pro linimēto miſce:⁊ fiat linimētū.hoc linimēto vngat loc⁹ veſtigioꝝ in nocte:in die xo lauet cū iſta decoctōe. ℞.medulle melonis cōtuſe groſſo modo.℥.ſ.viol.M.ij.miſce ⁊ decoquant. ¶ Itē.℞.amili.ʒ.iij.dragagāti.℈.j.ceruſe lote vt ſupra.ʒ.j.ſ.lactis cuiuſlibet:ſz meli⁹ aſine qđ ſufficit pro linimēto:cū his ſilr liniat locus vt ſupra.Si xo locus eſt tumefactus retineat aliqb⁹ noctib⁹ lamina plūbi ſubtilis ligata cōpreſſa ſup dicto loco:pri⁹ tñ alternatim ad libitū. ¶ Mollitiuū ꝯſumpti:⁊ aliqualr dealbati.℞.mucillaginū ſeminis altee lini.aā.ʒ.j.ſ.fenugreci ſe.cōiuz maioꝝ fri.ʒ.iij.ſarcocol.ceruſe lote pluries cum aqua angurie batece.ʒ.j.pinguedinis galline.ʒ.iij.olei lilioꝝ alborum.ʒ.j.cere albe qđ ſufficit pro vnguento molli:miſce ⁊ fiat vnguentum:hoc vnguento vngatur vt ſupra.

De formica miliari.

¶ Aliquādo(vt vult Raſis)exeūt in corpore veſice:iter quas eſt aqua ſubtilis ſilis eis que accidunt ex aduſtione ignis:⁊ eius cura eſt flobothomia ſi corpus eſt plenum:⁊ detur egro aſſidue aqua prunoꝝ ⁊ aqua granatoꝝ acetoſorum ⁊ taxil.⁊ omnia que extinguunt ſanguinem:⁊ rumpantur veſice:⁊ currat ex eis totū qđ eſt in eis:⁊ liniat cū ceruſa plumbi lythargiro:myrtho cum aqua roſarum:⁊ aqua myrthi humide.

De igne perſico.

¶ Exeunt in corpore bothoꝛ parue:vna aut plures nūo:⁊ aḡatur locus aḡate paruo:⁊ qñq3 ſcindit:⁊ incipit vulnerari:⁊ vadit de loco ad locuz. Cuius cura eſt cum eis que educunt choleram:⁊ linire ipſam cum luto armeno diſſoluto cū aceto:aut cum epithimate heriſipile cum aceto.

De herpete ⁊ eſtiomeno ſꝫ Raſim.

¶ Herpes eſtiomenus cū accidit ab vlcere malo:aut bothoꝛ nigra:aut viridi:aut ea que habet colorē pauonis icipiēs ambulare ⁊ dilatari velociter:tūc opz vt feſtinet ad cauteriçandū ipſuz:aut ꝓyciat ſup ipm medicamen acutum ⁊ liniat in circuitu ei⁹ cū luto ⁊ aceto. Cū g̃ denigrat ⁊ molleſcit nigredo:tūc ponat ſup ipm ſulphur cōtritum cōfectum cū butyro vna vice poſt aliā donec cadat caro corroſa mala tota:deinde abluat cum aceto ⁊ aqua ⁊ curetur cū medicamine generatiuo carnis:⁊ nō ſit negligentia in ipſo:q2 occupabit ex corpore locū plurimum.

De aduſtione ignis ſm eundem Raſim.

¶ Aduſtioni ignis ꝯfert vnguentū de calce:⁊ vnguentū ceruſe:⁊ magis vltimū:qđ exptus eſt Raſis ad hoc:eſt vnguētū albū:⁊ cū eſt res magna ⁊ plīma indiget flōmia ex latere diuerſo:aut oppoſito:deinde curet cū vnguēto albo:volo ꝙ intelligat per vnguētū albū:illud qđ eſt factū de ceruſa ⁊ oleo roſato ⁊ cera ⁊ nō de pluribus.

De panaritiis ſm eūdem in curationibus.

¶ In panaritus cōfert vt igniat oleū ne adurat talr ⁊ imprimat in ipſo.Si ergo ſedat pulſatio:⁊ ſanat:tunc illud ſufficit:⁊ ſi nō:tūc ponat ſup ipſum qđ ſaniei faciat collectionē.Cū ergo colligit ſanies ⁊ maturat:ꝑforet foramie paruo ⁊ exprimat:deinde curet illud vt nō capiat radicē vnguis totius:⁊ curet cū medicamine generatiuo carnis:⁊ qñq3 cōfert ei in principio vt liniat cuz erugine ferri ⁊ aceto:⁊ ponatur in niue vſquequo obſtupeſcat.

Ad alopeciā.

¶ Ad alopetiaz.℞.ſpume maris.ʒ.x.baurach ſulphuris gūme ruthe agreſtis euforbij.aā.℥.ij.ſtaphiſagrie ⁊ cantaridū.aā.ʒ.j.terant oia:deinde fricet caput cū cepe donec rubeat:⁊ qñ mordicat inungat cū adipe vrſi:⁊ liniat cuz oleo antiquo:⁊ liniat cū hoc medicamine duab⁹ vicibus aut tribus cū vino veteri poſt fricationē cum cepe donec rubeat:⁊ qñ mordicat inūgat cū adipe vrſi:deide iteret.

Ad ſabafati.

¶ Ad ſabafati recentem ⁊ in corporibus teneris epithima ℞.alcāne:ariſtolo.lythargi.corticis ḡna.aā.terant ⁊ cribrent ⁊ liniant cuz aceto vini ⁊ oleo roſato. ¶ Confectio aūt epithimatis ad ſabafati antiquā.℞.ſalis ⁊ atramenti aduſti ſulphuris argenti viui galle lythargirij ariſtologie aā.teratur totum:⁊ adminiſtret ſicut primum.

Medicie ad clarificanduz faciem.

¶ Ad clarificandā faciē medicine.℞.amigdalarū dulciū dragagāti farine ciceris ⁊ fabarū ꝯficiant cū aqua ordei ⁊ liniat in nocte:abluat in mane cū aqua furfuris. Medicina alia clarificans faciē ⁊ rubificās eaz expta. ℞.croci rubee thuris myrre maſticis.aā. aggregent cū aqua bulbi ⁊ liniant ⁊ fiāt collyria ⁊ liniant cū aqua ⁊ dimittatur tribus horis:deinde lauentur cum aqua calida ⁊ multum vtat in mane cicerū ⁊ aqua ciceris etiam:⁊ ſumant pondus.ʒ.ij.puluerij hyſſopi ⁊ tertia.ʒ.j.de croco aliquot diebus. ¶ Confectio rubificans faciem.℞.ſynapis albe arſenici rubei conterantur ſimul cum lacte ⁊ liniatur facies cum eis.vij.diebus:⁊ vocatur Humera Raſis.

Medicie ad botiū gule.

¶ Ad botium gule puluis.℞.piperis longi çinçiberis nucis muſcate gariofiloꝝ ariſtologie pyretri.aā.ʒ.ij.pipis nigri cinnamomi aluminis ſalis gēme ſpongie combuſte aā.ʒ.ſ.çucchari albi.℥.iij.fiat puluis ⁊ deglutiat paulatiz detentus in ore. ¶ Ad idē.℞.ſpōgie marine galle marine aduſte.aā.℥.ſ.oſſiuz ſiple pyretri çinçiberis melegete cubebaꝝ cinamomi galāge ſalis gēme pumicis.aā.℈.ij.lymature acuum cōmertij combuſti.aā.ʒ.j.gallarum cupreſſi nūo.j.cocie marine.ʒ.ſ.ſeminis ſparagi bruſci.aā.ʒ.j.mellis lib.j.vini boni ⁊ clari lib.j.fiat loch. ¶ Ad idē.℞.ſpōgiā nouam ⁊ incide in fruſta ⁊ aſſet in teſta terrea noua multuz calefacta:⁊ ſic aſſata piſtetur ⁊ pulueriçet:⁊ iſto pul.vtatur in ferculis per multum tempus.

Ad rubedinē faciei.

¶ Ad rubedinem faciei ex ſanguine melancholico groſſo. ℞.ſucci lupuli depurati aque endiuie:aque bugloſſe.aā.lib.ſ.follicul ſcene.℥.ij.polypodij quercini.℥.j.ſ.ſandali albi ⁊ rubei.aā.ʒ.ij.ſpodij.ʒ.j.ponant in infuſione p dies ⁊ noctez:⁊ bulliant leni ebullitione:deinde coletur:⁊ cum çucchar.℥.viij.fiat iulep.vtatur bis aut ter in hebdomada ſm ꝙ videbitur ſufficere ad laxandum.

Medicine ad tineam.

¶ Ad tineā capitis cū vlcerib⁹ capitalib⁹.℞.ſucci cerfolij:ſucci blitis:ſucci celidonie.aā.lib.ſ.mellis lib.j.lardonis porci.℥.iij.ſaponis.℥.ij.bulliāt oia ſil:⁊ cōmiſceant ad ignē:⁊ ex eo lauet caput frequenter plībus diebus:⁊ poſt hoc lauet ſibi caput ex hoc.℞.mellis lib.j.liſciuij boni lib.j.ſ.bulliant ſimul ⁊ capite loto aſpergat ſuper ipſum puluis thuris aduſti. ¶ Emplaſtrū ad tineā.℞.ſucci celidonie lardonis aā.partes equales ⁊ ſit lardo liquefact⁹:deinde mittat tantūdem de oleo terreo qui cōdenſet ad modū vnius emplaſtri:⁊ ponat in die bis ſuper capite raſo:⁊ de tertio in tertiū emolliat caput in raſione cuz ſucco celidonie ⁊ cōtinuet emplaſtrū vſq3 ad finē cure:⁊ ſignū liberationis eſt qñ cruſte ſunt albe ſiue loca earū:⁊ ſignū optimum eſt rubedo. ¶ Ad idē.gallarū nō perforataruz ʒ.j.vrine pueri aceti aā.vnū cyatū coquat donec inſpiſſetur. ¶ Ad idez.ſeminis bōbacis.℥.j.aque roſaꝝ aceti.aā.℥.j.ſ.miſceantur ſimul ⁊ lauetur caput.

¶ Finitur tractatus de egritudinibus cutis.5.lib. Aggregatoris per modū ſupplemēti additus.

Simphoriani Cāperij Lugdunensis De generibus febriū: ⁊ nominibus veris ex traditione grecoꝝ: latinorum: penorum: arabum: ⁊ nouitiorum auctorum.

Diffinitio febris. Caput. I.

Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Quid febris

FEbris est calor cōtra naturā cordis ⁊ arteriarum vitalē firmitudinē offendēs: planeqꝫ deyciens: sublata e ꝓfundo ⁊ acuta: ⁊ vellicans tactui incidēs pcipue in thoraca ⁊ vbi arterie explicate sunt magne. Ad huiꝰ ꝟo calitatē inequalitas quedā ⁊ ordinis imutatio specie ipsa febris pulsibꝰ aduenit. Em-

Empedoclis ⁊ Zenonis diffinitio.

pedocles ⁊ Zenon: necnō pleriqꝫ hippocratei febrem ita diffiniuerūt. Febris est cōtra naturā caliditas a corde sumens initiū: ex eoqꝫ ꝓcedēs per arterias ⁊ venas in totū corpus ⁊ nāles sensus offendit actiones. Febris a feruore dicta est: sicut pirettus greca dictione ab incēdio. Hinc leypiretos medicamen finiēs febres. Aristoteles in problematibus. Totius ingt corporis excedens calitas est febris. Alij a morbi feritate deducūt. Tria itaqꝫ sūt febriū genera. quotidianarū vnū: humidoꝝ tabidoꝝ alterū: tertium ethicaruꝫ. Primū itaqꝫ quotidianarum tractemus. Fiunt ergo huiꝰ febres citra humoꝝ tabē solo conflante

De effimeris febribus q̄s latini q̄tidianas vocāt

spiritu: ⁊ ob hoc quotidiane vocitant̄. Suū aūt ⁊ inseparabile signū quotidianarū febriū est per vrinas concoctio in p̄ma die: ⁊ caloris specie. Post getē ꝟo paroxismi certiorē firmiorēqꝫ cognitionē habebis: nā arteriarū motus omnifariā sanis assimilat̄: qđ in nulla alia febre inuenias. Languētis aūt affluētia ipsa quoqꝫ signū maxi-

Nouicij ꝟo effimeras.

mum erit liberationis: ⁊ vrine multo meliores post paroxismum: qui a principio febris fuit apparebunt: ac si lotis ipsis: neqꝫ horror aliqs insuetus fuerit: neqꝫ quepiaꝫ alia molestia: ⁊ si post ablutionē: inde affluētia maneat confidens: suggerito eis cibū: prebeasqꝫ potandū intrepide vinum quātū ipsoꝝ poscere nā videat̄. Facile aūt his febribus capi possunt: quibus meatus corporis nō euaporosi: sed acutū quiddā ⁊ fumosum habēt: ⁊ perinde si vnq̄ cobibuerint aggregatū ex ipsis calorē cōflagratio efficitur. Precipue horum sunt cause: labores: frigora: vigilie: cure: merores: animi irritationes in irā: rigor: estus: incōcoctio ⁊ cutis dēsitas: vt difficillime possit erūpere spūs. At qm̄ in diffinitione febris dictū est caliditatē ipsam esse cōtra naturā: par erit p̄mo qđ sit nālis aperire: qđqꝫ cōtra nām caliditas: genere nāqꝫ manifesto: fortassis etiā cuiꝰ sit ge-

Quid nālis caliditas ex Alexandro aphrodiseo.

nus nō ignorabit̄. Naturalis itaqꝫ est calitas: talis inquā est ⁊ insitus calor: cuius natura est aīalis p̄ncipiū: cuꝫ animali nāqꝫ nascit̄: ⁊ ob hoc dicit̄ nālis: instrumentum existēs in totū animalis potētie. Neqꝫ enim possibile est animā citra huiꝰ calorē in aliqđ agēdi munus descēdere. Omne nēpe instrumētū ꝓportionale cū eo cuius instr̄m esse necesse est. Id mirꝫ fuerit si secus frustra instr̄m atqꝫ ita in auribus per se aliqđ frustra ꝯiectū fuerit. Oportet ergo ⁊ insitā caliditatē anime esse instrumētū: ac indissolubilē simplicēqꝫ hꝫ cōplexionē. Ceterum sublata in aīe potētias: ⁊ in earū opa etiā illis erit ꝓportionalis: ⁊ perinde re mixta frigido ⁊ humido ⁊ arido ⁊ tēperata ⁊ moderata iureqꝫ ob id fuerit appellata nālis ⁊ insita cōplexio: sed magis ob ea nālis ⁊ insita cōplexio dicta fuerit calitas. Hec ipsa ob id in rationū cōplexione calitas ceteras superat: exceditqꝫ qualitates. Animalia nāqꝫ calida ꝓhibent̄: ob eā que in ipsis excedit caliditatē: reliquas vincētem qualitates: hoc nimirū ob eā que in ipsis excedēs est caliditatē: reliquas superātem qualitates: idqꝫ qđ omniū aliarū qualitatū calitas sit efficacissima: nulla siqđē ei vicina ipsam qualitas cōmittāt vt ca ipsa alijs: hec igit̄ nālis atqꝫ insita caliditas. Que ꝯtra naturā est: ea ex aliqua extrinseca cā que fit neqꝫ familiaris nature: neqꝫ ab ipsa capiēs p̄ncipiū corpori adueniēs nō ꝓportionale existēs instrumētū nālium potestatū: neqꝫ custodiēs ad cōgrua opera rōnē hec acquisiticia: ⁊ aliena est: que porro sua distemperātia mētiqꝫ ꝯseruās ad potētias ⁊ opa ꝓportionem: eiusmodi etiā diceret̄: cōtra naturā cōplexio ad maiorem calorē declinantē iuxta eā rōnem qua insita cognataqꝫ caliditas. Nos aūt ne p̄tereat ꝙ queadmodū insitā: ita ⁊ aduēticiā dicimus caliditatē: nec tñ vt aduēticiā asciticiāqꝫ: ita ⁊ cognatā dicimus frigiditatē: cuius oino causa nō simplr̄: ac per se frigiditas nature opus induit sicut ⁊ caliditas: extrariū enim ⁊ corruptoriū aiatoꝝ: ⁊ in primis aialiuꝫ frigiditas atqꝫ incōmobilitatis potius q̄ꝫ motus causa: nam q̄uis naturā comitari quodāmodo videat̄: nō vtiqꝫ per se: sed per accidēs. Ex eis igit̄ que dicta sunt: nō dubiū qn nālis ⁊ insita caliditas ab ea que cōtra naturaꝫ differat: p̄mo quidē causis: de in bona tēperie ac mala tēperie ac oino vt extremū medio. Nam queadmodū virtus ad vitiū: hinc quoqꝫ ꝯsequēter specie ac forma tanq̄ꝫ sanū ab egroto corpore differt. Nempe ambo circa ideꝫ subm̄ veluti cōtrarijs esse ꝯsueuit siue flatus siue humor siue aliqua portio fuerit in qua inter seinuicē faciūt ⁊ patiuntur sicut virtꝰ vitiūqꝫ: huiꝰ itaqꝫ nālis ⁊ ꝯtra naturā caliditas talibus inter seinuicem differētijs differunt.

Ex traditione penorum ⁊ arabum.

FEbris est calor preter naturā in initio petens cor per mediocritateꝫ arteriarum: deinde subito se diuidēs cū nāli calore per totū corpus nāli nocet actioni. Extraneo eñi calore ad cor accedēte nālis egreditur a suo tēperamento. Cūqꝫ ipse per totius corporis mēbra diuidit̄ vt eis vitaꝫ tribuat: qꝛ egressus est a suo tēperamēto: necesse est vt eū mēbra recipiāt in ea qualitate in qua est: vnde calefacit ⁊ vrit ea: generatqꝫ toti corpori febrē actioni nāli subito nocentē. Palā ergo est ꝙ febris nihil aliud est: nisi calor extra naturā prius nāli nocēs actioni. Sed cū absolute dicimus calorē: intelligit̄ tā de calore febrili q̄ꝫ nāli q̄ꝫ etiā de extraneo sicut solis ignis ⁊ balneoꝝ ⁊ his silibus. Alij aūt diffiniūt febrē ita. Febris est calor exneꝰ accēsus in corde ⁊ ꝓcedēs ab eo mediātibꝰ spiritu ⁊ sanguine per arterias ⁊ venas in totū corpꝰ: ⁊ inflāmat̄ in eo inflāmatione que nocet opationibꝰ nālibus: nō sicut caliditas ire ⁊ laboris cū nō vltimat̄: ⁊ impedit operationē ita vt retineatur. Et est duplex. Una est febris egritudinalis. Alia febris accidens. Egritudinalis febris est illa inter quā ⁊ causaꝫ: que nō est egritudo: nō est mediū sicut febris putredinis. putredo enim est causa eius absqꝫ medio: ⁊ nō est putredo in seipsa egritudo: immo est causa egritudinis. Febris ꝟo accidēs est febris apatis exīs dum est sequēs ipsuꝫ apa: ⁊ apa est egritudo in seipso. Cūqꝫ dicimus calorem extra naturā: diuersuꝫ dicimus eē eū a nāli calore: qꝛ calor nālis semper est ab animalibus inseparabilis ⁊ calor febris est extraneus ⁊ ab eis separabilis. Ergo cū diuidit̄ per totuꝫ corpus: lꝫ nāli noceat actioni: differt tñ a nāli ⁊ ab alijs caloribus: sicut a calore solis: balnei ⁊ his silibus. Hoꝝ eniꝫ calor q̄uis sit ex̄ nāꝫ: insil' tñ iteriora ⁊ exteriora nō calefacit: nec actioni nocet nāli: ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ ei noceat: tñ lesio nō est primitiua: qꝛ primū mutat̄ ad febrē: deinde febris nocet actioni. Illud ergo nocumentū est ꝓpter febrē: ⁊ nō propter solis calorē. Cum nālē dicimus actionē: intelligenda

sunt cibi

sunt cibi appetitio: somn⁹ ꝛ vigilia ambulatio ꝛ alia his silia. Hec eniȝ oia deficiūt ꝛ mutant̄ pp febrē. Ideoqȝ febris ceteris morbis est molestior: eiusqȝ disputatio dignior: qꝛ oēs morbi p̄ter febreȝ vni tm̄ mēbro eueniūt: ꝛ pmanēt aliquo tpis interuallo: nec subito actioni nocent nāli: sicut sciatica: hydropisis: ptisis: ꝛ his silia. Naȝ vnaqueqȝ hax̄ egritudinū vni corpis mēbro accidit: ꝛ nō oibus. Febris aūt econuerso est: qm̄ per eā corpus intus ꝛ extra patit̄. Nocet ēt spiritib⁹ ꝛ v̄tutib⁹ animatis actionibusqȝ nālibus. Et lȝ dicamus actionibus nālibus esse nocitiuam: nō tn̄ eas destruit. Actio eniȝ naturalis nunq̄ȝ destruit̄: nisi cū fit sepatio anime ꝛ corporis. ¶ Opȝ nos ergo dicere sigillatiȝ de vnaquaqȝ febre. Incipiēdū igit̄ est ab effimera: que fit in spiritu: sed erit eius disputatio breuis: qꝛ eius significatio ꝛ cura ad aliax̄ febriū cōparationeȝ facillima est ꝛ planissima. Caret eniȝ mā. spiritus eniȝ non hȝ māȝ: per quā calor permaneat. ¶ Auicēna. Hoies velocius cadentes in febres effimeras sunt calidi ꝛ sicci: deinde calidi ꝛ humidi: deinde calidi tm̄: deinde sicci tm̄. Cāe eniȝ oiuȝ speciex̄ febrium effimeraruȝ sunt cāe primitiue calefaciētes essentialiter aut per accidens. Et de eis sunt ex oppilationibus facte in qua cā nō est p̄mitiua. Cause eniȝ p̄mitiue plerūqȝ mouēt an̄tes. Et iste quidē febres plerūqȝ recedūt in die vno: ꝛ raro pertrāseunt tertiuȝ diē: nā si ptranseunt estimat̄ de esse eax̄ qđ ipse permutant̄. Et hec quidē febris est facilis curationis: ꝛ difficilis cognitionis: ꝛ silr p̄ncipiū ethice ꝛ est eius inflāmatio nō mordicatiua aspa: imo bona: sicut caliditas laborātis ꝛ ebrij. Et cū est in prima die vrina digesta ꝛ pulsus bonus: tūc iudica q̄ est febris effimera. Et non festinat in ea pulsus plus q̄ȝ nālis: nisi raro ꝛ velocitate pauca. Plurimū eradicationis eius est per sudorē similē sudori nāli ꝛ nō humoroso in quātitate sili nāli. Euacuatione aūt nō indiget aliqs eox̄: nisi habēs oppilationē repletionē ꝛ nauseatiuā satietatē: ꝛ habens effimerā ex soliditate cuius corpus est repletuȝ. Et in febribus effimeris sunt que oino cōparant̄ ad dispositiones animales: ꝛ de eis sunt que cōparant̄ ad dispositiones corporeas: ꝛ de eis sunt que comparant̄ ad res que eueniūt deforis. Exēplum p̄mi: vt ille que fit ex angustia: tristitia: estimatione: cogitatione: ira: vigilijs: somno: tranquillitate: timore: ꝛ gaudio. Exēpluȝ secundi de eis que sunt actiones ꝛ motus. ꝛ est illa que fit ex labore: trāquilitate: euacuatione: dolore: syncopi: fame: siti. Et de eis que non sunt actiones ꝛ motus: sunt illa que fit ex oppilatione: nauseatiua satietate: apostemate: soliditate. Exempluȝ tertij: scilicet de eis que adueniūt deforis sunt sicut illa que fit ex adustione: frigore: soliditate: ablutione: ꝛ similibus.

De febre effimera.

Auicēna fen prima quarti canonis.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Humana corpora tribus sunt modis cōposita: mēbris. vȝ. solidis: spiritu: ꝛ humoribus. Cūqȝ sint ex tribus cōposita necesse est vt gen⁹ eius febris triplex sit. Unū in solidis mēbris: sicut carne: pinguedine: venis: neruis: cartilagine: ꝛ his silibus. Aliud in humoribus queadmodū in sanguine: flegmate ꝛ vtraqȝ cholera. Tertiū in spiritib⁹. s. in vitali: q est fundamētū caloris nālis: ꝛ in spūali: qui est fundamētū sensus ꝛ motus volūtarij: ꝛ in nāli: qui est fundamētū quatuor nāliū v̄tutū. s. appetitiue: cōtentiue: digestiue: ꝛ expulsiue. Unūqđqȝ corpis mēbruȝ has q̄tuor hȝ: sȝ tn̄ stomachus ꝛ epar fortius has habent v̄tutes. Nam sunt eis familiares plus q̄ȝ ceteris mēbris: qꝛ lȝ cū eis operent̄ pp nutrienda semetipsa. Naȝ tn̄ faciūt operationē pp oia corpis mēbra. Quapropter qdaȝ antiq nām stulto ꝛ iniusto regi assimilauerunt dicentes. Quedā eniȝ mēbra facere delectari alia mēbra: ꝛ quedā laborātia cā iuuādi alia. Ipsi ēt arbitrati sunt stomachū ꝛ epar duas ꝛ diuersas hr̄e actiones. Quax̄ vna sit ppria ad eox̄ nutrimētū. Alia sit cōis oibus corporis mēbris. Fecerūt ēt augmētū de hax̄ actionū diuersitate ꝛ de remotione eax̄ nō in vno tpe veniētiuȝ. Dicūt eniȝ stomachū in initio vlem facere actioneȝ: ꝛ cibū mutare in chimū q̄si ptisanā. Deinde suā pticulariter opans actionē: cū ppriertate quā hȝ: ꝛ digerē s cibū: ꝛ cōuertit eū ad nutriēdū suā essentiā. hac de cā autumāt eū duas hr̄e actiones ppriā. vȝ. ꝛ cōem. Quox̄ intētio sic est destruēda: qꝛ argumētū eox̄ duobus modis est corruptū. Uno si eniȝ duas v̄tutes digestiuas ppriā. vȝ. ꝛ cōeȝ: put asserūt: stomachus hȝ: necesse est vt sint remote ac diuerse. Unā. s. in vno operans tpe: ꝛ alteraȝ in alio: aut sint cōmixte: vt vtreqȝ in vna hora suas faciāt actiones. q̄ si vnius actio ab alterius differret opatione: ꝛ tn̄ vtraqȝ in vno fuerit loco: atqȝ vno mēbro: impossibile est nō mutari cibū s̄ȝ illius mēbri nām. Cōuertit̄ eniȝ ꝛ assimilat̄ essentie illi⁹ mēbri. Queadmodū videm⁹ cibū oibus corpis mēbris assimilari. Naturalis eniȝ actio nihil aliud in oibus mēbris videt̄ opari: nisi cōuertere ad eox̄ essentiā illud qđ eis fuerit simile. Stomachus ergo qm̄ est vnuȝ mēbruȝ vnā v̄tutē necesse est hȝ digestiuā. q̄ ille due v̄tutes propria. vȝ. ꝛ cōis duo stomachi loca habuerit necesse est vt ille stomachi ptes cibū p totū corp⁹ digerētes pmaneāt absqȝ nutrimēto: ppria eniȝ idiget v̄tute: qua cib⁹ digerī possit ꝛ imutari ad eox̄ siltudinē: q: h oia mēbra ppriā hn̄t v̄tutē: per quā cibus ꝯuertat̄ ad eox̄ essentiā: vn̄ nutriunt̄: regunt̄ ꝛ augmētant̄. Rursus si fuerim⁹ interrogati vtrū virtus digestiua vnius sit nāe: calide. vȝ. ꝛ humide: an diuerse: vt in qbusdam mēbris calide ꝛ sicce sit cōplonis: ꝛ qbusdaȝ frigide ꝛ sicce: alijs fride ꝛ humide. Respōdebimus v̄tus digestiua in oi corporis mēbro calide ꝛ humide est nāe: sȝ tn̄ ab vnoquoqȝ mēbro quādā sumit ppriētatem: per quā cibum mutat ad eox̄ simile. Quia si aliter esset: oia corporis mēbra fuissent equalia in forma ꝛ substātia: ossa. s. eēnt caro: ꝛ caro ossa: ꝛ sic cetera. Iterū si dixerint q̄uo sensualiter actionē: stomachi videmus diuersam esse: cuȝ sit vna. Nā mō cōspicimus cibū in stomacho in ptisanū mutari: ꝛ postea videmus eū cōuerti in essentiā stomachi. Respōdetur sic. Q̄r̄q̄ȝ actio virtutis digestiue in stomacho videat̄ eē diuersa: vna tn̄ ꝛ eadē est: qm̄ digestio cibū in stomacho mutās in ptisanū q̄dā est p̄paratio cibuȝ postea cōmutās ad stomachi simile: deinde finita digestione: quādā accipit ptē que est ei similis ꝛ nutrit̄ ex ea. Ceterū aūt qđ ex cibo restat desinit abire: qꝛ est sibi ꝯtrariū ꝛ supfluū: qđ ideo dimittit vt alia nutriat mēbra: sed qm̄ stomachuȝ aggrauat: neqt ab eo teneri. Un̄ Gal. Cā inquā nutrimēti qnqȝ modis. prima est cā scđe. secūda tertie. sic ꝛ alie. Prima eniȝ est inanitio humiditatis mēbrox̄: ꝛ dissolutio ei⁹ que fit p corporis poros. Scđa est nāle desiderium in oibus mēbris consistens: qđ cogit mēbra vt appetant cibū. Tertia est conculcatio substātie stomachi ac intestinox̄ ppter meseraicas eā suggētes. Quarta est sensualitas cibi inanitionē sentiēs. Quinta est quedā virtus appetitū faciēs: q̄ fit ppter cholerā nigrā a splene ad os stomachi ascēdentē: qꝛ ipsa os stomachi mordicāte fit appetit⁹. q̄ si dixerint cur nō dixistis q̄ cū appetit⁹ sit inanitio ꝛ pauptas cibi in stōcho existēs: queadmodū dixeratis sensuȝ mēbrox̄ inanitionē cibi sentientē esse causam euacuandi venas ꝛ venarū euacuationē esse causaȝ premēdi stomachū. Fames silr quare nō est causa stomachū cōstringens. Respondendū est. Si appetitus sit in stomacho pp venarū

ꝛ mēbroꝝ euacuationē: necesse est eius actio non sit nāliter sꝫ materialr: qꝛ cū actio eius fiat ꝑꝑ aliud ꝛ desideret aliqͣd lōge ab eo remotū: necesse est sit cū rōne. Quā rē si possibile est fieri in vna q̄litate: necesse est fiat in oibus. Opꝫ ergo vt ignis nō ardeat: nisi cū volum⁹ aliqͣd vrere. Cui⁹ qōnis falsitas palā pꝫ itellectui. Hoc testat̄ Hippocrates: cū dicit. Qē ingt digestiōis cōplemētū fit cū attractione rei attrahēde ꝛ eius mutatione eiusdē. ꝛ cā ois attractionis est desideriū. ois ēt desideriꝫ cā est paupꝑtas ꝛ eius rei indigentia quā desiderat. Cui⁹ sermonis intētio talis est. Uirtus digestiua nō digerit nisi ꝑus opet̄ ṽtus appetitiua: qꝛ appetitiua semꝑ est añ digestiuā. Silr appetitiua nihil opat̄: nisi prius sit inanitio cibi. Appetitio ergo cibi inanitio ꝛ sensibilitas nō sunt in stomacho nisi vt nutriāt se. Nūc ad febrē vñ digressi sum⁹ veniēdū est.

Febris fit ꝓpter aliqͦd accidēs humores ꝛ spiritū calefaciēs: ꝛ eos exire faciēs tēperamētū: que tribus modis fit. Est eniꝫ cā generās febrē. est ꝛ alia custodiēs eaꝫ. est ꝛ cā qua febris auget̄ ꝛ augmētat̄. Cā ṽo febris generatiua: est fortis ꝛ nimia corpis ꝛ aie rō: ꝛ putredo atqꝫ humoꝝ ebullitio. Cā aūt qua febris custodit̄ vt nō dissoluat̄: corporis est oppilatio: ꝛ poroꝝ cōstipatio per quos fumus claudit̄ in corpoꝝ interioribus. Cā ṽo eaꝫ augmētans: calida sunt cibaria: ꝛ calida medicina. Febris cā generaliter est triplex. s. generatiua: custoditiua: ꝛ augmētatiua. Sꝫ generatiua duobus modis fit: aut est p̄sens: aut preterita. Presens sicut cā extrinsecus corpus ꝑcutiens: que tripliciter diuiditur. Una nimius est feruor: sicut solis ꝛ ignis. Scda est nimia frigiditas: sicut nix ꝛ similia. Tertia putridus ꝛ horribilis ꝛ corruptibilis odor: sicut cadaueris bestiarū reptiliū ꝛ his silibus. Preterita quēadmodū egritudo que fit ꝑꝑ angustiā ꝛ tristitiaꝫ: ꝛ humoꝝ copiā ad putredinē prepatoꝝ: sicut diximus de actione nature: qꝛ nā nō inueniens cibū oino laudabilē: ꝛ humano corpori similē: illā cibi partē que corpori est incōueniēs ac dissimilis: separat a simili cōgrua. ꝛ claudit eā in quibusdā locis corporis. Pars ṽo que est mūdificata ꝛ corpori vtilis: nutrit totū corpus. Supfluitate cibi augmētata: ꝛc in loco quo clausa fuerat multiplicata egreditur foras implens locū cū sua multitudine: que a nā dimittitur nec ab ea regit̄. Qꝛ cū fuerat in loco quo nā eā posuerit: rexit ꝛ custodiuit eā: egressa ṽo inde: odio tenet̄ nature nec ab ea regit̄ sꝫ ꝑmanet in aliqua mēbroꝝ cōcauitate: vñ cū aliqͦd euenit accidēs sicut mutatio tēpoꝝ: vl' regionis: aut loci: vel aeris ꝛ his similiū: illa supfluitas mutat̄ ꝛ putrefiens morbos generat. Et qꝛ in h̄ loco nr̄e disputationis est finis: ꝛ nostrā absolute cōpleuim⁹ disputationē: opꝫ nos ergo de vnaquaqꝫ febre aliquid dicere. Incipiēduꝫ est ergo ab effimera q̄ fit in spiritu: sꝫ de ipsa pauca: qꝛ ei⁹ disputatio ꝛ significatio ad aliaꝝ febriū cōparationē facillima est: ꝛ eius curatio leuissima. Ipsa tñ est qñqꝫ cā aliarum febriuꝫ: ꝛ nulla alia est cā ipsius: vt plurimū tñ nō transit vnum diem ꝛ raro ad quartū diē accedit: possibile tñ est vt cā effimere in corꝑe diu manētis: vrat̄ sanguis ꝛ febris nascat̄ cōtinua: ꝛ aliqñ mutatur etiā in causon. Causa eius fit multis modis: de gbus dictū est pauloante. Habet tamen tres significationes quibus a febribus putredinū differt. Una qꝛ calor effimere est lenis ꝛ suauis: que cū ad statū venerit: nullaꝫ facit angustiā aut laboreꝫ nature. Caret eniꝫ materia in qua natura laboraret ad digerendū ꝛ expellendū. Secunda qꝛ vrina habentiū effimerā: est quasi sanoꝝ: in colore liquore hypostasi: que lꝫ inter se differāt: modica tñ erit discordia eoꝝ in colore ꝛ rubore. Tertia: qꝛ pulsus effimere nō differt a sanoꝝ pulsu: nisi in dilationibus velocitate ꝛ cōstrictionis tarditate. Tarditas eniꝫ cōstrictionis pulsus significat māꝫ in corꝑe partē arteriaꝝ ꝯstringētē: vt illa exterius expellat̄. velocitas ṽo pulsus acutam ꝛ calidā innuit qualitatē: vñ necesse est vt nā organoꝝ partē velociter dilatet: vt multā aeris quātitatē attrahat: per quā illius q̄litatis acumen refrigeret̄. Effimera enim febris: qꝛ fit ex sola q̄litate. i. calore sine mā: non est sibi necesse vt constringat velociter partem organoꝝ: qꝛ non habet quod expellat: proinde fit motus pulsus in dilatione ad attrahendam aeris subtilitatem: qua calor refrigeratur plus ꝛ velocius: q̄ꝫ cum pulsus constrictione.

¶ De febrib⁹ tabidis: q̄s recētiores putridas vocāt. C. II.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum.

Tabes mutatio est in corruptionē p̄sentis essentie tabidi corporis cōtra nāꝫ calore ꝓducta. Cā ṽo cōtinuaꝝ febriū est qꝛ humores extra vasa non excidant: aut copia: aut crassitudo: aut ipsorum tenacitas. Queadmodū igit̄ aliq̄ inanimata corpora cōtabescunt anteq̄ꝫ eyciamus ab ipsis quātū iā ꝯtabuit inde reliquū diu custodimus in aere frigido flatus refrigerātes medi tati: eodeꝫ mō medebimur tabi in humanis corporibus qͦd iā corruptū est exinaniēdo quoquo mō. Reliquū ṽo gestationibus mediocribus ꝛ difflationibus refrigerātibus in integraꝫ ꝛ nālē mediocritatē reducēdo curamus. Quare primū tradem⁹ de febribus neutiq̄ꝫ deficiētibus: inde ex ordine reliquas prosequemur. Continue febres eiusdē sunt cui⁹ ēt deficiētes generis. Eiusdē eqͣdē voco tertiane qͣdē integre. itegrū causum: amphemerino autē quotidianū paroxismū nō cessantē in non feruiduꝫ estū. Nā cū sincerus causus cunctas alias custodiens integre tertiane deprehensiones. Solū ṽo neqꝫ in rigore se immittit neqꝫ ad nō feruidū estum cessat ab illa distat: que quotidie ꝑoxismū exuscitat. Silr cūcte hñt deprehēsiones: ꝛc integre amphemerine. Qͦd ṽo in nō feruidū estū cessāt: eiusdē cū eis est generis. Hac aūt ratione: q̄ ex q̄rtane febris est exuscitata: ad nō feruidū ṽo estū neutiq̄ꝫ cessans eiusdē generis est cū quartana. Certū autē est rigoreꝫ paroxismos nō anteire: neqꝫ sudorē cōsequi: sicut ne qͣdem causum singulis paroxismis. ¶ In causo nāqꝫ rigore aduētante soluit̄ egritudo. Differt aūt causus ab in tabe synocho: qꝛ ille in putrido sanguine consistit: ꝛ a ꝑ̄ncipio ad solutionis vsqꝫ finē vnū hñt paroxismū. Causus ṽo in flaua bile tabidus cōflagrat: ꝛ tertio exuscitatus habet estus in minutionē quādā: ꝛ veluti remissionē: at synochus cōsimilis sibi est quoad resoluat̄. Est igitur in flaua bile tabida succēsa cōtinua febris estuosissima: que neqꝫ medicis: neqꝫ languentibus seriē tenēs. In his nāqꝫ lingua arida ꝛ nigra: a primordio: vellicatio vētris ingens: ꝛ sitis intolerabilis: atqꝫ vigilia: ꝛ qñqꝫ deliriuꝫ. Primū igit̄ ipsi cōsolando ꝛ suadēdo oportet inherere. Cū ṽo ad vrine ꝑuentū fuerit signa ꝛ concoctionis: ꝛ pubescit egritudo: tū demū est cōtentiose instādū: ꝛ ad frigide aque potum perueniendum est: nisi ex eis que dicta a Galeno sunt: aliqua prohibeant: quominus aqua frigida prebeat̄. Prima causo ardentiuꝫ sunt auxilia: declinatio ex locis refrigerantibus bene spirātibus aere puro respirantibus: stratūqꝫ molle: ꝛ dēsum recenter instructū circūductiones cōtinue permutate ꝛ satis tenues ꝛ nō sordide latitudinē largā habētes: vt alias atqꝫ alias primitus calefactis mēbra transducant̄: flabello ꝯtinue dimoueat̄ aer: sed epithimata ipsis cōueniunt in pectore: stomachoqꝫ imposita: diffundant̄ circa egrotū folia salicū: ꝛ in hac ꝛ in biliosa ol febre: circūuolant̄ autē herbis frigidis singulis mice panis: vl' farine. In vehemētissimis

autem

aūt caulis ēt acetū paucū circūfundere nō erit alienum erit nāqꝫ efficax. victus aūt admouēdus causo detentis ex humidissimis cibis: nihilqꝫ acutū habētibus: vt caulis lactucaꝝ decoctus cū oxycrato aquoso: vel exhibeaṫ ptisane succus tenuior absqꝫ sale: aut altera mixtione. Ubi confidimus nos aliqđ intestinuꝫ nō oblesuros: sinceram purāqꝫ frigidā aquā damus: in quibus aūt metus aliqs etiam perexiguus impedimēto est. Primā vtiqꝫ potionē ꝓferemus potū inquā frigidū quassatū. Quatitur aūt ac frangiṫ si quis eucrati calidi cyatum vnuꝫ cū quinqꝫ misceat itēperati frigidi sinceri liquoris. Hoc nāqꝫ corpibus apponitur valde suspectis. Quod si neqꝫ remedia prodesse possunt: neqꝫ quicꝗ̄ humanum: ad nature deū: qui cūcta ꝓduxit tollendus animus est. illius vnicum superest auxilium. Is nāqꝫ cū prestat: ⁊ vult: ⁊ potest optimus vsqꝫquaqꝫ bonis succurrere mortalibus.

Ex Cōstātino, vij, viatici,

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum.

Causon est febris magnū corpi ꝑstās incēdiū: cuiꝰ signa sunt hec: sitis nimia ⁊ cōtinua: dolor incensiuus ⁊ molestissimꝰ nāe repugnatiuꝰ ⁊ ab initio corruptiuꝰ ꝑꝑ acumē māe vñ generaṫ: mā̄ eniꝫ acuta est ⁊ ignea ⁊ cholerica in concauitate venaꝝ: que cordi vicine sunt: adunata maxie in venis oris stōchi ⁊ cōcauitate epatis ⁊ pulmonis.

Isaac lib, iiij febrium,

¶ Isaac filiꝰ Salomonis. Differt causon a tertiana que est intra venas: qꝛ tertiane cholera est in venis a corde remotis. Sed causon cholera de qua generaṫ: magis est in ꝯcauitate venaꝝ que sunt in corde vel sibi vicināntes: ħ testaṫ duritia febris: furiositas suiqꝫ acumē: ⁊ fortitudo: ⁊ cōtinuatio sitis. Cā ꝟo fortitudinis ⁊ acuminis ⁊ ꝯtinuitatis febris est hec: qꝛ materia est in venis que sunt in ore stomachi ⁊ in epate: qđ est duobus modis. Uno qꝛ est acutissima ⁊ feruētissima: sua eniꝫ mā̄ cholera rubea est cū nulla humiditate mixta. Est ⁊ alia que nō est tanti feruoris: qꝛ mā̄ sua est cholera citrina cū quadā portiuncula flegmatis. s. cōmixta. ꝑinde antiq vocauerunt ꝑmā causon ꝑꝑ suā vstionē. Eius eniꝫ mā̄ est de pura cholera ardentissima. Secūdā ꝟo noiauerunt acutā absolute: qꝛ mā̄ eius est aliquātuluꝫ sanguinolēta.

Auicē. fen. ꝑma q̄rti canonis.

¶ Auicēna. Causon est de genere cōtinue: qm̄ differentia inter eius vehementiā ⁊ eius tecporē est insensata: ⁊ accidentia eius sunt vehementia. Et cā in eo est acuitas materiei ⁊ multitudo eius cū eius causus sit circa cor. ⁊ in venis oris stomachi: aut in ꝑtibus epatis ꝓprie: ⁊ ad summū in mēbris nobilibus vicinis cordi. In tertiana ꝟo ꝑiodica cholera est in carne: ⁊ ad partes cutis: ⁊ in cōtinua cholera est sparsa in venis corporis que elongantur a corde.

Rasis i. x. ad Almāsorem ca, v,

¶ Rasis. Causon de genere est tertiane: ea tñ fortior existit: ⁊ maioris caloris. Que quidē vna die fit validior: alia ꝟo minus calida. A corpore tñ nō separaṫ: neqꝫ horripilatio cū ea accidit: neqꝫ sudor nisi cū recedit. Alia aūt tertiane accidentia sunt cū ea: vehemētiora tñ ⁊ firmiora. Lingua preterea ac labia citrina fiūt: aut denigranṫ: aut absqꝫ dubio exasperanṫ si febris non valde fuerit fortis. Asperitas ꝟo lingue cū pāno lineo fricetur: deinde psilij mucillagine cū çuccharo lābēdo hauriat. Nucleus quoqꝫ pruni parum adhuc carnositatis retinens in ore retinendus detur: ⁊ pāni aqua rosacea infusi epati ac cordi in pluribus superponanṫ horis.

Joānes Serapionis, vj, breuiarij. ca, xiij,

¶ Serapio. Differentia inter tertianā assiduā ⁊ cōburentem est: ꝙ tertiana assidua fit ex inflāmatione cholere: ⁊ eius ebullitione in eis: ⁊ in oibus instrumētis: ⁊ in reliquo corpore equaliter. Et in cōburente est inflāmatio ꝓprie in instrumentis que sunt in circuitu cordis. Et qñqꝫ accidit causon sicut dicitur in libro subuenientium egritudinum ex flegmate salso.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Dicitur causon febris incensiua insultum ⁊ impetū magnū faciens ẜm naturam: qꝛ fit de cholera ignea acutissima pura in venis cordi ꝓpinquis. Et hꝫ quedaꝫ accidētia insepabilia ⁊ ꝓpria: per que ab alijs febribꝰ distinguiṫ. Habet ⁊ accidētia alia cōtingentia sibi: ⁊ alijs febribus pertinentia. Propria auteꝫ ⁊ inseparabilia sunt accidentia: vehemētia acuminis in calore: fortitudo ⁊ duritia intollerabilis: adustio corpis: ⁊ nimia sitis que in statu vehementissime sunt intensa. Accidentia ꝟo inseparabilia ei ⁊ alijs febribus cōia duobꝰ modis sunt: aut sunt signa significatiua salutis: aut timoris: aut deꝑditionis: aut desperationis: que Isaac in libro febiuꝫ cōtinuat ordinate.

Uersus de causone.

¶ Signa autē salutis his versibus comprehenduntur.

Uis: leuitas: sensus: mens: somnus: spiritus: ictus. Appetit. ⁊ calor est equalis: coctio: fluxus. Accidentia ꝟo timoris significatiua sunt duobus modis. Quedā enim soluꝫ timorem significant: quedam ꝟo perditionē manifestā.

¶ Signa solū timorē significantia his ꝟsibꝰ ꝑñt notari.

Estuat atqꝫ sitit: vigilat: stupet: est febris ingens.
Et calor est varius vomitus: fex ignea: crudus
Est liquor: ⁊ limus in dentibus: ⁊ cruor exit:
Insanit: sudat: febris acrior: ⁊ sitis instat.

¶ Signa ꝟo perditionis hec sunt.

Uirtus pulmonis: cordis: stomachi: cadit: heret
Anxius: insanit: sudore: cruore fluente
Naribus absqꝫ crisi: riget: icterus: alget: ⁊ absens
Est sitis: osqꝫ sonat: plorat: decoctio cessat:
Liuor in extremis apparet: fronte citrina:
Est vrina minor egestio cruda liuescit.

Cura causonis ⁊ cōtinue tertiane.

¶ In causone sit dieta tenuis: qꝛ cito venit egritudo ad statū: ⁊ attendatur virtus egrotantis. Deṫ ergo mica panis bis vel ter lota in aqua cum çucchаro ⁊ bibat ptisanam colatam: deturqꝫ etiam succus granatorum acetosorum: qꝛ feruorem caloris reprimit: sitim mitigat: materiam digerit: ⁊ detur syrupus de aqua melonis palestini factus. Sit domus lata habens septentrionales portas. Spargantur ibi frigide herbe vt myrthe: viole: frondes salicis ⁊ arūdinis. fiat ibi cursus aquarum cuꝫ aliquo instrumento. Indumenta sint leuia: ⁊ non flobothomenṫ nisi forte carnosi: ⁊ qui sanguine fuerint pleni. post septimū diem adiungatur reubarbarum syrupis infrigidantibus. ℈. ij. vel. ʒ. j. ⁊ ponatur in sero in aqua endiuie ⁊ in aurora coleṫ: ⁊ cū syrupis cōuenientibus offeraṫ. Purgētur cum decoctione violarum ⁊ prunorum cassiefistule ⁊ tamarindorum. ⁊ si fortis fuerit eger: purgetur cuꝫ decoctione mirabolanoꝝ citrinorum. Consueuit superuenire frenesis: ideoqꝫ si alienare ceperit: radatur caput ⁊ lauetur cum succo apij ⁊ aceto. fricenṫ extrema ⁊ fiant auxilia freneticorum que superius diximus capitulo de frenesi. Et si post materiei digestionē aqua frigida in multa quantitate bibatur: cōsueuit prodesse. Nā ⁊ calorem mitigat: ⁊ vomitū prouocat. In tertiana continua eadeꝫ est curatio vt in causone: nisi ꝙ in tertiana continua mitius frigidis expedit vti.

Clystere.

¶ Dentur clysteria lenitiua: vt. ℞. malue: violarum. añ. M. j. aque fluialis lib. j. ß. fiat decoctio ad consumptionē tertie partis: cui addanṫ olei violati. ℥. iiij. cassiefistule nouiter extracte. ℥. j. sal. ʒ. ß. fiat clystere. Statim ergo cuꝫ occurris infirmo febre acuta fac lenitiuum clystere ad vtilitates multas: etiam vt intestina preparenṫ solutioni fiende in crastinū per solutiuuꝫ.

Lenitiuum per os.

¶ Lenitiuuꝫ per superius potest dari. Nam aliquando clysteria plus ledunt: ꝙ̄ lenitiua per os vt sepe vidi. ℞. cassiefistule nouiter extracte. ʒ. x. aut. ℥. j. aq̄ ordei. ℥. iiij.

Minoratiuū cōe.

cū aqua dicta cassia extrahaẗ. ¶ Itē aliud. ℞. māne. ʒ. j. syrupi violati. ʒ. iiij. aque ordei. ʒ. ij. ¶ Minoratiuū cōe qđ diciẗ tale: quoniā materias cōmunes siue in vijs cōmunibus existentes: vt sunt stomachus ꝛ intestina euacuat. ℞. tamarindorū. ʒ. ß. vel loco illorum tantūdē prunorū decoquantur in. ʒ. x. aque vsqꝫ ad consumptionem tertie partis ꝛ coleẗ ꝛ fortiter exprimaẗ: de qua colatura ℞. ʒ. iiij. ꝛ adde māne. ʒ. j. vel cassie tātūdez si māna careres: ꝛ hoc magis respicit cholerā. Et si volueris sanguinē a cholera mūdificare: pone tamarindos in decoctione. ꝙ si flegma ꝛ cholerā: sed principaliter flegma: adde agaricū in dicta decoctiōe: ꝛ cū tamarindis bulliāt. ʒ. ij. agarici nō pistati: sꝫ icisi nō multū subtiliter. ¶ Minoratiuū

Cholere minoratiuum.

ꝓpriū cholere: ꝛ maxime respiciēs cholerā tanꝙ peccātez materiā. ℞. decoctionis supradicte tamarindoꝝ. ʒ. iiij. aut. v. māne. ʒ. j. vel cassie tantūdem succi rosaꝝ. ʒ. ij. vꝉ loco succi reubarbari electi. ʒ. j. qđ si fuerit flegma. ℞. cassie. ʒ. j. electuarij indi. ʒ. j. ß. extrahaẗ cū decoctione lupuloꝝ sebesten ꝛ tamarindoꝝ. ¶ Poniẗ aūt hic (ne vacuus recedas) digestiuū ꝛ extictiuū febris acute. ℞. oxy

Digestiuū in febre ꝯtinua.

çacchare simplicis. ʒ. iiij. succi aranciorꝝ. ʒ. iij. seminū cōminū frigidoꝝ maiorū mundatorū. ʒ. ij. seminis endiuie lactuce. aā. ʒ. ij. aquaꝝ endiuie lupuloꝝ. aā. ʒ. iij. acetose. ʒ. iiij. nenupharis. ʒ. iij. violaꝝ rosaꝝ. aā. ʒ. ij. pistanda pisteṅ: deinde oīa misce ꝛ leniter ebulliant: deinde aromatiçenẗ cū pauco sandaloꝝ rubeoꝝ ꝛ corallorū aā. ꝛ oīa sic ad colatoriū ponanẗ: quo digestiuo vti debet febriens vsqꝫ ad statū inclusiue dando de eo. ʒ. j. in aurora ordinate: ꝛ frigidis tēporibus calidis: ꝛ calidis tēporibus frigidis: ꝛ infra diem ꝛ noctē pluries ac abunde vt voluerit.

¶ Tertiane sincere cognitio. Caput. III.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum.

Tertianarū sincerarꝫ ꝛ nōrarꝫ cognitio.

Ignitur tertiana ex flaua bile putrida ꝛ commota ꝛ extra vasa delata. A principio statiz rigor nō segnis inferẗ: qui a quartane rigore differt qđ in tertianis compungere videaẗ: corpusqꝫ sauciare. Nā in quartanis iniectio in frigiditatē euadit magnā: ꝛ magis ad intima penetrat: at Amphemerinū rigor frequenter precedit at magis refrigeranẗ. Est etiam in tertianis febribus series integra pulsuū ꝛ qualitas: suscitaẗ autem in ascensibus paroxismorū pulsus in vehementiam ac magnitudinem: densitatēqꝫ sitimqꝫ fert homini presertim in vigore ꝛ ardore vt enudētur ꝛ abijciat languēs palia: ꝛ multū ꝛ spisse respiret: ꝛ sufflet tanꝙ flāma aliqua: frigidāqꝫ aquaꝫ bibere concupiscat: ꝛ paulopost calor equalꝛ per vniuersum corpus extēdiẗ: ꝛ si in thorace manū ponas ꝑma qdē iniectione cuncta calore multo ꝛ acuto cōcalescunt ꝛ tanꝙ vapore quodā sublata. Tuꝫ demuꝫ languēti iaꝫ bibēdi tꝑs est quo potante cōfestim vis multa penetrat vaporis calidi per cutē sudores ꝓnūcians vomitus apparet bilis: ꝛ aluus subduciẗ: vrine bis biliose ꝛ subrutile ꝛ flaue: ꝛ mediocriter crasse: ꝛ aliquāto post: vel nebulā albā vel eleuamen bonū efficiunt. Si vrine fuerint ignite: nec aliqđ affuerit eleuamē: neqꝫ nebula in prima periodo ambituqꝫ appareat: egritudo ad septē vsqꝫ periodos extendeẗ: at sincera tertiana primo die in vrinis ꝓnunciabit hypostasim albā ꝛ lenē ꝛ equalez: neqꝫ tertiā excedet periodū. Hec febris in nō estuātez feruorem desinit ad paroxismū: totū tꝑs paroxismi faciēdo horis nō pluribus duodeciꝫ. Hec demū sincera tertiana noieẗ. Qui ꝟo diuturniore tꝑe: ꝙ qđ diximꝰ: in paroxismo oblāguerint: hāc ꝯtensaꝫ appellamus tertianaꝫ. Sinautem quotidie paroxismus insurgat cum rigore ingenti: cunctaqꝫ secū iam cognita ferat in pulsibus atqꝫ vrinis: reliquoqꝫ corpore: hoc duplicē tertianam nuncupamus. id euenit ob multitudinē ꝛ crassitudinem: ꝛ bilis partiuꝫ inequalitatē: vt facile est intueri. Sincera auteꝫ tertiana in biliosis natura corporibus frequētissime cōsistit: ꝛ in florida etate: precipue estatis tempore: ꝛ in calidis: aridisqꝫ temperamento locis: ꝛ statu circūfusi nobis aeris: cuꝫ vita in laboribus in curis: ꝛ vigilijs: in estubus: in vino austero minime diluto poto: in paucissimo nutrimento: eodēqꝫ calido ꝛ arido: ceterum dulcium ꝛ calefacientium ꝛ arefacientium potuum: ac medicaminū vsus immoderatus facillime tertianā inuehit febrē. Abstinenduꝫ ꝟo cū primū occupat febris: a dulcibus ꝛ acutis oībus: ꝛ salsis ꝛ odoratis odore aromatico edulijs ꝛ potibus: necnon veteri ꝛ natura calido vino: his ꝑ͞quā tanꝙ a toxico abstinendū. Cibi sunt tradendi qui humectent: ꝛ refrigerēt: hi nāqꝫ sinceris tertianis vtiles: quātitas aūt erit quāta ab ipsis cōcoqui potuerit. Holerū aūt cōgrua erūt atriplex: blitūqꝫ ꝛ malua ꝛ lactuca ꝛ buglossa ꝛ ptisane succus: ex piscibus saxatiles volucrū que mollis fuerint carnis: ꝛ gallorum testiculi: ꝛ porcoꝝ pedes ꝛ cerebrum: ꝛ ouoꝝ vitelli absorbendi: fructus deniẗ minime cōcoctu difficiles: vue premature succus: pruna damascena. Huic febri vsqꝫquaqꝫ syrupus acidus potu cōuenit: syrupus violaceus: aqua ex ordeo cocta: aqua quoqꝫ frigida: vt stomachi tñ ratio habeatur. aqua ex tertia vini parte cocta. ¶ At in non sinceris tertianis: que plurimuꝫ calefaciūt: ꝛ arefaciūt: ꝑcipue ꝟo aspersione absinthij vti licebit cōtinue post diē septimuꝫ ꝛ oxymel potū multis profuit: aliquidqꝫ purgationis adhibēduꝫ cōcoctione in vrinis bona apparēte. At in cibis vomitus ꝓuocetur in huiusmodi longis febris languoribus: quibus feruntur a prestantissimis medicis multi plerūqꝫ liberati: neqꝫ statim a principio lauari bonū est: sed cū iaꝫ signa cōcoctionis apparuerint. Quies eis confert: ꝛ cōfoueanẗ que ad hypocūdria: sorbitiones: que bene concoquanẗ clysmata inferni vētris nō admodū mollia. Ceterū etiaꝫ aliqđ secātis admittaẗ: vtpote crassiorē subiectā bilē: nec admodū calidiorē: precipue cōgruet ipsis ptisane succus iniecto pipere: ꝛ hyssopo quādoqꝫ vel origano coquendo cū mellicrato dato potionem: aliaqꝫ que vrinam moueant.

Serapio breuiarij. iiij.

Notarū [...] tertianarum

Ras. ... māsor. ... iiij.

¶ Ex traditione penorum ꝛ arabum.

Cōstātinus ue Isaac ... Salomon pāthegni ... viij. ꝛ non ter os Isaac nā Isaac se ꝯposui ... hꝫ pāthe vt pꝫ lib. febriū. ... dieb' ... crisis: ꝛ ... lege.

Tertiana febris aut de re naturali: aut de re extra naturam nascitur. De naturali cū calida ꝛ sicca est natura infirmi cui cholera dn̄atur rubea. Etas est iuuenilis: tēpus anni estas: aer calidus ꝛ siccus. De non naturali cū infirmus anteꝙ ceciderit: calidū aut siccū comederit: ꝛ habet tristitiā: angustiaꝫ: vigilias: laborē nimiū: longi temporis ieiuniū: ars eius ferraria: aut fornacina. Que oīa corpus calefaciunt ꝛ desiccant: ꝛ choleraꝫ rubeam generant. De re extra naturam: qꝛ quedam febris cum calore est forti: ꝛ sicut cuspis acus pūgibilis: ꝙ ex cholere rubee est acumine. calor eius in tactu fortis ꝛ acutus atqꝫ pungitiuꝰ: pulsus in initio peryodi paruus ꝛ defectus atqꝫ rarus: sꝫ tñ non permanens nisi per paruū tempus: ꝛ in magnitudinem ꝛ diuersitateꝫ mutatur. Magnitudo eius qꝛ cholera rubea est leuis: nec grauat ꝟtutē ꝛ itē ex magna necessitate refrigerandi calorem. Urina eius est ignea: ꝛ est cū siti nimia. Angustia cū vomitu cholere rubee: ꝛ nimio sudore ꝓpter subtilitatē materie: aliqñ succedit digestio cholere rubee ꝛ cū has significationes inuenias: aut eoꝝ plurimas iudicanda est esse vera tertiana. ¶ Auicenna. Pura tertiana est subtilis leuis: cuius paroxismus consumitur a quatuor horis vsqꝫ ad duodecim: ꝛ non addit super eas multum: ꝛ si addit additione multa: tunc non est pura:

Auicenna ꝓpria ... nonis.

est pura:⁊ est ſm plurimū pueniens ad horas septez. Et calefit corpus in ea velociter:⁊ vides caliditatē pcedere ex corde:⁊ extremiates adhuc sunt frigide. Pura non addit cū non accedit error sup. vij. periodos:⁊ qñqȝ cōsumitur ppter subtilitatem sue materie in paroxismo vno in quo accidit vomitus:aut ventris solutio mundificās. Apparet digestio in vrina prima die:aut tertio:aut q̄rto: aut septimo. Et cum vides principium cum rigore:⁊ statum cum sudore exuberante:tunc non dubites quin ipsa sit pura. Et cum non pura inuenitur grauitas plurima in capite:⁊ extensio ⁊ plongatur rigor donec perueniat ad horas. xxiiij. aut. xxx. vsqȝ ad horam suā:⁊ tepescit donec cōplētur. xlviij. hore. Et per quātitatem additionis paroxismi super duodecim horas:est eius elongatio a puritate. Et in tertiana quidem non pura tardat̄ apparitio digestionis:⁊ non apparet in forma offuscatio:neqȝ extenuatio:⁊ accidentia sua minorātur in ea. ¶ Serapio. Et oportet vt inquiratur etiam de cholera citrina:⁊ cholera nigra quomodo est possibile vt putrefiant cum ipse sint sicce. Et causa dicit̄ esse in hoc:qm̄ illa que dicunt̄ sicca: aut sunt sicca in corporibus suis diuersa in cōplexionib⁹ suis:sicut lapides ⁊ ferrū:⁊ que sunt illis similia:aut sunt sicca in cōplexionibus suis: humida in corporibus suis resoluta:sicut mel ⁊ vinuz ⁊ cholera citrina:⁊ cholera nigra que putrefiūt propter humiditatem corpoꝝ suoꝝ ⁊ coꝝ resolutionez:non ppter cōplexiones suas ⁊ v̄tutes.

Serapio. vj. breuiarij. ca. xiij.

In febre autez tertiana pura ea que fiunt sunt due res. s. malitia cōplexionis materiei:⁊ multitudo eius: ergo cogeris adhibere cōtraria eis simul. Qđ est:q̄ tu cōtraria adhibes malitie complexionis calide ⁊ sicce per illđ qđ infrigidat ⁊ humectat. Et adhibes cōtraria multitudini materiei per euacuationē. ¶ Rasis Si eger fuerit debilis aut delitiosus:⁊ tēpus fuerit estas:circa vnāquāqȝ noctem pondus. ʒ. x. tamarindorum:⁊ pruna sicca:⁊ grossa. xx. sumātur:⁊ in duabus libris aque vsqȝquo sint dissoluta coquantur:deinde manibus fricata colent̄ ⁊ misceātur huic colature çucchari tabarçet. ʒ. x. ⁊ in potu anteq̄ȝ dormiat sumatur:cūqȝ mane factū fuerit:⁊ sol eleuari ceperit:ex aqua ordei ſm magnam quātitatem bibat:⁊ in loco bñ geto vel olēte moret̄:donec cibus digerat̄:deinde ex olerib⁹ frigidis in q̄bus nō est amaritudo nutriat̄.

Ras. x. ad almansorē cap. iiij.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

Causa putride febris calor est extra naturā operās in fece chimoꝝ:que fit de tertia digestione in oībus mēbris facta. Que fex ideo est:q̄ qđ accipimus siue sit potus vel cibus:nō sunt oīno laudabilia:vnde cibi veniētes ad stomachū:⁊ facti quasi ptisanū:epar trahit colamentū eius ad se:qđ digestū ⁊ in sanguinē cōuersum:mādat̄ mēbris vt ex eo nutriant̄ qđ sue conuenit complexioni. Fex aūt q̄ non conuenit per poros in fumo ⁊ sudore expellitur. Qđ si mēbra sint defecta ad expellēdū fecē ppter mutationē suaꝝ cōplexionū vel cōpositionū:vel ppter oppilationē poroꝝ:vel ppter grauitatē materie si fuerit multa in quātitate aut grossa aut viscosa:fex pmanet in cōcauitate mēbroꝝ ⁊ raritate eoꝝ:sicut pulmonis ⁊ splenis ⁊ cōcauitate venaꝝ stomachi ⁊ similiuz. Que si mouet̄ in quibusdā tēporibus aut ppter mala cibaria eius qualitatez augmentātia:aut ppter aeris mutationē ⁊ similium: odio tenet̄ a natura ppter sui corruptionē:nec regit eaz: que sine regimine permanēs:calefit in interiore corpore calore suo ⁊ fumositate:proinde bullit ⁊ calefit ⁊ putrefit sicut humores cadaueris bullientes corrūpunt̄ ⁊ putrefiūt:cū naturalem perdiderint calorē ⁊ regimen nature. Que putrefacta generat febrem ſm suam cōplexionem vnde naturā accipit a suo elemento. Si eniz materia sit cholerica:veram tertianam generat duodecim horas tenens:⁊ trigintasex requiescēs. Si sit flegmatica:amphemerinam facit: ⁊ decēocto horis mouetur ⁊. vj. quiescit. Qꝺ si sit melancholica:quartanā generat que. xxiiij. horis mouet̄ ⁊ affligit:⁊. xlviij. quiescit. Causa diuersitatis haꝝ grauitas vel leuitas est materie ad putredinem conuenientis vel inconueniētis:sicut dicit̄ de synoca:que fit ex putredine sanguinis. Omnis enim putrefactio nō fit nisi cū calore ⁊ humiditate. Quecūqȝ igit̄ materia huius fuerit cōplexionis aut ei vicina:fit facilior ad putrefactionem:contraria ꝯo cōtrarie. Unde quartana :q̄ materia eius frigida est ⁊ sicca:⁊ causa putredinis est calidum ⁊ humidum:repugnat putredini cuz vtraqȝ qualitate. Dimissio eius est. xlviij. horis:⁊ motio. xxiiij. necesse est eni vt calor extraneus. xxiiij. horas habeat in mutanda illa vna qualitate:necesse etiā sunt alie. xxiiij. in mutāda alia qualitate. Qđ si aliqui nos reprehendāt dicentes: quare iste terminus non est maior vel minor. xxiiij. horis: Respondemus quia omne quod generatur sub lunari circulo est ex quatuor elemētis adinuicē cōpositis. Destruere enim est conuersio vnius in aliud. Uerbi gratia. Elemēta mutantur in cibuz:cibus in mēbra. Itē cū destruitur corpus:humores reuertuntur in aquam: spiritus in aerem:ossa in terram. Actio enim elementorum adinuicem facta fuit ppter motum solis ⁊ lune:⁊ stellaruz motū huiū. Sol quoqȝ est cā ceteroꝝ:⁊ dñator:⁊ cursus ei⁹ ab ortu suo exiēs ⁊ vsqȝ ad eūdē rediēs:nō manet. n. nisi vigitiq̄tuor horis. vñ si mā i aliq̄ pte putredini obediat: fit tps actiōis ei⁹ certi⁹. Iō tertiana q̄ calide ⁊ sicce ē materie:⁊ cū vna q̄litate. i. calore ꝯuenit putredini:⁊ cuz alia nō:nec̄io calor ex̄ne⁹ morat̄ in tertiana. xxvj. horis in mutāda siccitate i putredinē. Uñ si q̄rāt alij cur calor ex̄ne⁹ in q̄rtana. xxiiij. morat̄ ad vnā q̄litatē. s. siccitatē:⁊ i tertiana ad eādē siccitatē moret̄. xxxvj. horis: Rñ°. q̄ siccitas corpis duob⁹ modis fit:aut cū calore:aut cū friditate. Calor aūt desiccat corp⁹: q̄ illđ rarificat:⁊ hūores desiccat. Friditas ꝯo mām coadunat ⁊ ꝯgelat:vñ hūor in ea claudit̄:ad quē calore ex̄neo accedēte ꝯstipata apit̄ mā ⁊ humor ei⁹ defluit:putredini obediēs. In ea āt q̄ pp calorē ē desiccata:q̄ hūores nō sūt i ea clausi:nec coagulati:nec̄io calor ex̄neus tardat̄ in ea liq̄faciēda ⁊ diuidēda. Silr̄ si opposuerit de amphimerio cur amphimerin⁹ sit facilior putredini q̄ȝ tertiana:cur ēt repugnet putredini cuz vna q̄litate. i. friditate: Rñ°. fl'a eē sanguinē secūdo coctū ⁊ in albedinē ⁊ frigiditatē mutatū. Uel(vt alij volūt)eē sanguinē diminute coctū:videm⁹. n. nāȝ mutare mēstruū sanginē in lac in mamillis:⁊ in spma in testiculis. Iō nā mādauit fl'a cū sanguine p totū corp⁹:nec clausit illud in aliq̄ loco: sic̄ vtrāqȝ chol'az. Q̄ aliqñ corp⁹ ex eo nutrit̄:cū pauptatē sanguis habuerit:ḡ fl'a erit ꝯtinuati obediēs putredini sic̄ sanguis:nisi pp puitatē sue friditatis:in q̄ calor ex̄ne⁹ aliquāto tpe morat̄ in mutādā illi⁹ q̄litatē in putredinē. ¶ Propterea dicim⁹ febrē tertianā de chol'ico humore ⁊ putredo nasci:pp id qđ diximꝰ: q̄ chol'a cū dñat̄ corpi:aut putrefit:aut nō. q̄ nō putrefit: aut ē i toto corpe: aut i vno mēbro. Si sit i toto corpe:icteritiā gñat sine febre. Que aūt ē in q̄busdā mēbris fac̄ tiriā. Putrefacta āt aut ē i toto corpe:aut in vno mēbro. Si sit i vno mēbro: gñat apa qđ dr̄ herisipila. Si sit in toto corpe:aut est itra vasa:aut ex̄. Si sit itra vasa:tertianā sine rigore gñat aut causon. Si sit ex̄ vasa:faciet tertianā iterpolatā. Ea. n. mā q̄ est itra vasa nō fac̄ rigorē:eo qꝺ ē in vasis clausa:nō pōt trāsire p loca sēsibilia ⁊ pūgē ea. Rigor ei nō est aliđ nisi mā pūgēs mēbra sensibilia. Sȝ hec febris lȝ sit cū iterpolatiōe:in die tñ dimissiōis nō q̄escit:sic̄ ea q̄ est ex̄ vasa:q̄ mā eius est mixta cū sanguie:⁊ cuz eo mouet̄:sȝ tñ in die

Tertiana vñ nascatur.

cur sine ore:

ſtla tranglla mitigaẗ aliquātulū:vñ a die exacerbationis
differt. Et moueẗ chol'a de tertio in tertiū ſl'a omni die:
ꝛ melācholia de quarto in quartū. Et cā eſt hec.vz.que/
dā ꝑportio inter ipam nām ꝛ ipſos humores. Et prout
nā ꝑpinquior eſt ipſi humori:ꝛ humor ipſi nāe. Et quā/
tuz inter eos maior cōcordantia ꝛ cōueniētia ꝛ amicabi/
litas cōſiſtit ꝛ minor mutabilitas:tātū nā citius ad ipſuz
moueẗ:ꝛ ideo citius moueẗ ad ſanguinē.ſcđo ad flegma,
tertio ad cholerā.quarto ad melācholiā. Sufficit quātū
diximus de ſignis tertiane. Opz nos plane dicere:quare
ꝛ q̄ñ cholera rubea recipit putredinē:cū eius nā calida
ſit ꝛ ſicca:qꝛ diximus ꝙ putredo nō eſt niſi caliditatis ꝛ
humiditatis. Iterū diximus ꝙ quedā ſunt natural'r ſic/
ca:ꝛ ſubſtātia eoꝝ eſt liquida:ſicut mel:vinū:cholera ru/
bea:aqua ſalſa ꝛ ſimilia. Sunt ēt quedā in nā humida:ꝛ
in ſubſtātia ſicca:ſicut pip longū:çinçiber: cicer: ꝛ ſil'ia.
Sūt ꝛ alia in nā ſicca ꝛ dura:ꝛ etiā in ſubſtātia: ſicut fer/
rū:lapis:ꝛ ſil'ia. Qđ ergo in ſubſtātia eſt ſiccū:ꝛ in nā hu/
midū:recipit putredinē:qꝛ calor extrane⁹ humiditatē in
eo iueniēs:dilatat eā faciēs eā fluē. ¶ Itē di ꝙ ois ebul/
litio ꝛ ꝑturbatio que ſunt extra actionē nāe:faciūt putre/
dinem. Qđ ēt in nā eſt ſiccū:ꝛ in ſuba liqduz ſuſcipit pu/
trefactionē:qꝛ calor extraneus inueniens liquorē in eius
ſubſtātia dilatat:ꝛ facit eaz fluere. Qđ aūt in nā ꝛ in ſub/
ſtantia ſiccū eſt:nunq̄z recipit putredinez. Nā ex vtraqz
pte ſiccū eſt.ꝑinde calor extraneus nullā in eo inueniēs
humiditatē:fit cā eā ſicciorē ꝛ duriorē facere. Palā ergo
intelligimus:qꝛ qđ in ſuo corpore fuerit humidū:ſuſcipit
putredinē:lz natural'r ſiccū ſit:vnde cholera rubea:lz in
ſubſtātia ſit liquida:in natura tñ eſt ſicca:recipit ergo pu
tredinē:ſimiliter ꝛ cholera nigra. Palā ergo eſt ꝙ chole/
ra rubea ꝛ nigra nō recipiūt putredinē ꝑꝑ eaꝝ cōpl'onē
ꝛ naturā:ſed ꝑꝑ ſubſtātialē humiditatē illaꝝ atqz liquo/
rē. Et qꝛ cōpleuimus cām putredinis cholere rubee ab/
ſolute.opz nos diffinire ſpeciē cholere rubee que recipit
putredinē:ꝛ que nō. ¶ Vñ dicim⁹ cholerā rubeā diuer/
ſis modis eſſe. Eſt eniz naturalis:ꝛ nō nālis. Naturalis
eſt ruffa habitās in felle:ꝛ virtus eius in epate. Nō nālis
eſt in ſtomacho. Eſt aūt diuerſa:qꝛ quedam eſt vitellina:
quedā crocea:alia praſſina:ꝛ alia eruginoſa. Vitellina ꝛ
crocea minoris ſunt caloris ꝛ ſiccitatis q̄z ruffa:q̄ eſt na/
turalis. Praſſina aūt ꝛ eruginoſa maiorem hñt calorē ꝛ
ſiccitatē q̄z nālis. Cā qꝛ nālis cholera ad ſtomachuz ve/
niēs miſceẗ cū humoribus in ſtomacho exiſtētibus.ꝙ ſi
fuerint laudabiles ꝛ tēperati ſicut humores q oriunẗ de
pane bñ fermētato:agno annuali:hedulo lac adhuc ſug/
gēte.ꝯuertiẗ cholera rubea in croceā nāli vicinātē. Qđ ſi
humores qbus cholera eſt mixta fuerint ad humiditatē
ꝛ frigiditatē ptinētes:ſicut ei qui nutriẗ de piſcib⁹:mutaẗ
cholera in vitellinā:ideoqz vitellina minus eſt calida ꝛ
ſicca q̄z crocea:ꝛ crocea min⁹ q̄z ruffa. Qđ ſi iuenerint hu
mores in ſtōcho calidos ꝛ acutos ſicut hi q generanẗ ex
pipe:ſynapi:porris aleis:ꝛ ſimilibus augmentaẗ calor:ꝛ
cholera fit praſſij coloris. Si aūt illa cholera in ſuo ꝑmā
ſerit acumine:ꝛ calefacit eā calor extrane⁹:ſicut caliditas
tpis:ꝛ aliaꝝ rerū itēdiẗ:fitqz eruginoſa. Crocea vo aliqñ
naſciẗ in epate:cū ſanguis ſit humidior q̄z decet.proinde
nālis cholera in iuuenib⁹ eſt ruffa:ſenib⁹ vo ꝛ pueris eſt
crocea:ſeniorib⁹ vitellina.praſſina aūt impoſſibile eſt ge
nereẗ in epate:nec trāſit a ſtomacho:nec generat febrez:
qꝛ nō tanto tpe in corpore ꝑmanet vt putrefiat ꝛ febrez
generet. Nā eniz ſemꝑ ſe adiuuat:vt eā a corꝑe expellat
ꝑꝑ eius malignitatē.ꝙ ſi nā defecerit eā expellē negens:
incēdiẗ corp⁹:ꝛ hō moriẗ. Ergo ſi talia de praſſina acci/
dūt:quāto maiora ꝛ ſicciora de eruginoſa eueniūt. Neceſ
ſe eſt ergo vt ruffa crocea ꝛ vitellina:recipiāt putredinē

Quedā ſunt natural'r ſicca:ſubſtātial'r vo humida ꝛ ediuerſo.

Cholera rubea ē duplex.

ꝛ febrē generēt. Sz ſi mā febris fuerit vā cholera ideſt
ruffa:generaẗ cauſon. Si fuerit crocea:generaẗ tertiana.
Si eſt vitellina:naſciẗ emitrithe⁹. Febris tertiana mole/
ſtior eſt ceteris putridis febrib⁹:ꝑꝑ acumē ei⁹ māe:ꝛ qꝛ
eſt cauſon vicina. Que cū fuerit vā fit eius criſis in ſeptē
ꝑiodis:ſicut Hippocrates dixit. Si non ſit vā:trāſit hūc
terminū ꝛ ſcđam mām cū qua miſceẗ:fit longitudo ſue
determinationis. Que aliqñ icipit in autumno ꝛ dimitit
in vere. Solet aūt patiētibus in nocte euenire anteq̄z ac/
ceſſio veniat anguſtia ꝛ vigilia:veniēte aūt acceſſiōe ac/
cedūt ꝑua frigiditas:ſitis ꝛ calor:vñ opz medicuz in hac
febre ſibi cauere ab initio vt nō det infirmo rē calefaciē
tē ne mā calefacta cū ſui acumie ad caput ſaliat:ꝛ frene/
ſim generet fiantqz timor ꝛ moleſtatio peiores. Cholere
eniz rubee acumē ꝛ velocitas nō ſuſtinēt medici ſtultitiā
ꝛ ignorātiā ifirmi. ¶ Cura tertiane vere ſi mā ē i ſtōcho
in ꝑncipio deẗ ſyrupus acetoſus cū calida:aut vinū ma/
loꝝ granatoꝝ acetoſoꝝ coctū cū çucchara vſqz ad ſpiſ/
ſitudinē:ꝑpineẗ ieiunus cuz calida. Dieta ſit panis ꝛ aq̄
lacti ſcariol'.malua:atriplex.ſpinachia:malagranata ace/
toſa: pruna damaſcena:ꝛ deẗ decoctio violaꝝ ꝛ prunoꝝ.
Pro dolore capitis vngaẗ frōs ꝛ timpora de oleo roſaꝝ
ꝛ aceto vel populeō. Cōtra ſitiz ꝛ lingue ſiccitatē indige/
mus aſſiduatiōe in ore ꝛ gutture patiētis reb⁹ ꝓhibēti/
bus exiccationē. ℞.q̄tuor ſeminū frigidoꝝ minoꝝ ſemi
nis pſilly:ſemis cydonioꝝ fortiter cōquaſſatoꝝ.añ.ʒ.ij.
ſeminis bōbacis mūdati.ʒ.j.ſucci ligritie.ʒ.j.fiāt pui ſac/
celli in forma amigdalaꝝ in latitudine tenues ligati:qui
ſacelli madefiant in mucillagine:quaꝝ recepta ſequiẗ.
℞.ſeminū imediate dictoꝝ.añ.ʒ.ij. cōquaſſata fortiter
infundanẗ ꝑ horaz in aqs nenupharis:capil'.veneris cu/
curbite cucumeris ꝛ alijs ſil'ib⁹ oibus:vl' q̄s hre poteris:
ꝛ poſtq̄z aque ꝛ ſemina ſimul ꝑ horā ſteterint videbis ſu
per natare mucillaginē quā collige ꝛ poſt ibidez tēpera
ſaccellos dictos ꝛ pone vnū in ore patiētis:poſtq̄z ibidē
parū ſteterit:abyce ꝛ remitte vt tēpereẗ quoſqz os ſuffi/
ciēter humecteẗ. Clyſteria quoqz fiāt que in capitulo de
cauſone docuimus. Si mā eſt in ore ſtōchi vomit⁹ pro/
uoceẗ cū decoctione atriplicuz ſeminis raffani aut cū ſy/
rupo acetoſo. Qđ ſi nō ſuſtinent vomitū:purgenẗ cū de/
coctione violaꝝ prunoꝝ tamarindoꝝ addita caſſiafiſtu
la. Si nō:cū decoctiōe mirabolanoꝝ ꝛ infuſione reubar/
bari. Fomēteẗ aūt manus ꝛ pedes cū aqua vbi cocta ſit
malua:atriplex:viole roſe ꝛ papauer. Et ſi mā eſt in epa
te:ꝛ vrina ſit ſpiſſa:flōmeẗ de vena baſilica:maxie ſi ſan
guis abūdet:ꝛ fac minutionē poſt duas vl' tres acceſſio/
nes. Aer quoqz artificial'r ſit frigidus:ꝛ epar epithimeẗ
ſi in eo eſt mā multū calida.fiat cataplaſma de ſandalis
albis ꝛ rubeis cū oleo violarū ꝛ roſis ꝛ ſpodio. Cōtingit
qñqz vt nimio vomitu ac vētris ſolutiōe moleſtenẗ. Ad
vomitū itaqz cōpeſcēdū ſpōgia in aceto infuſa bulliēte:
ꝛ cū puluere maſticis ſtomacho apponaẗ. Ad fluxū vē/
tris cōprimēdū fiat fomētū de plātagie:mirtha:corrigio
la roſ.in aq̄ pluuiali. Vtātur coctanis coctis. Facta pur/
gatione ſi dolor capitis ꝑſeuerat:deẗ rubea in ſero cū aq̄
tepida. ¶ In tertiana notha eiſdē fere curis vti debem⁹:
niſi ꝙ min⁹ frigida ſunt dāda. Qñqz admiſcēda ſunt cali
da:atqz in dieb⁹ qetis vtanẗ vino aq̄ m'ta diluto. Pullis
ouis ſorbilib⁹:pedib⁹ porcoꝝ ꝛ ſil'ib⁹ vtanẗ. ptiſana in q̄
bullierūt carice:vue paſſe:hyſſop⁹:pulegiū. Ad materiei
inciſionē ꝛ diſionez ſyru.aceto. ꝛ oxiçacchara:ꝛ oxymel.
Ad purgationē aūt eiſdē decoctionib⁹ vtimur:ſz addim⁹
polypodiū ſe.aniſi maratri. purgam⁹ cū trifera ſaraceni/
ca bñdicta pigra. H.reubarbaro.poſt purgationē nō ſolū
rubeā:ſz ꝛ triferā magnā:aut aureā:aut metridatū admi/
niſtramus. Sz nūc aliqua ponenda ſunt remedia magis
ſpecialia:

Cura tertiane.

Cura tertiane nothe.

Syrup⁹ magistralis i tertiana pura.

specialia: tā in cura tertiane vere q̄ȝ nothe. ¶ Syrup⁹ magistralis in tertiana vera. ℞. floꝝ boraginis buglosse rosarū. M. ʒ. viol'. lactuce papa. albi: endiuie: scaril'. an̄. M. j. se. endiuie lactuce. an̄. ℥. ʒ. se. q̄tuor fri. an̄. ʒ. vj. decoquant̄ de qua decoctione. ℞. lib. j. saccari. ℥. iij. aceti. ℥. ij. vini granatoꝝ. ℥. j. fiat syrupus. q̄ si volueris facere longuȝ dabis de eo. ℥. iiij. loco digestiui. Si breuis fuerit siue debite coctus da. ℥. ij. cū aq̄ endiuie. ℥. iij. Uel. ℞. syr' acetosi simpl'. ℥. j. oxyçacchare. ℥. ʒ. aq̄ endiuie. ℥. ij. aceti. ℥. j. ꝛ sic de alijs.

Syrupus bti Ambrosij.

¶ Syrup⁹ sancti Ambrosij faciēs sudare mirabil'r ꝛ sitim extinguit. ℞. milij excorticati quātitatē cōuenientē: ꝛ fac eū decoqui vsqȝ ad eius apturā. ¶ Deinde. ℞. ℥. v. vel circa ei⁹ brodij ebulliētis ꝛ infunde vini albi odoriferi. ℥. ij. ꝛ sic calidū da patiēti: ꝛ bn̄ euȝ tūc coopias: sudabit mirabil'r. curabat sic Mediolanēses: ꝛ adhuc eo vtūtur.

Emplastruȝ.

¶ Emplastrū factū ex fuligine sale apio aq̄tico sup volas manuū ꝛ plātas pedū positū an̄ accessionē p tres horas tollit illā.

Emperica.

¶ Itez dicit q̄. ʒ. j. rad̄ gētiane bibita cū vino an̄ poxismū tollit illū: sil'r succus ipiconis. ¶ Ista tn̄ sunt empica: qb⁹ nō assentio satis: sed a Nicolo scripta inueni: ꝛ ppea hic apposui.

Solutiuum.

¶ Solutiuū. ℞. cassie extracte cum aq̄ endiuie ꝛ absinthij. ℥. j. reubar. electi. ʒ. j. ʒ. spice vl' sgnāti ǧ. iiij. misce. da oi hora diarodō abbatꝭ.

Expertum in tertiana.

¶ Ex exptis in febre tertiana pura est succ⁹ corrigiole tepidus bibit⁹ an̄ poxismū p horā. dosis. ℥. v. phibet. n. poxismū in ea eueni re. Idez opat̄ succ⁹ vue acerbe si. ix. dieb⁹ mane sic bibat̄. Idē succ⁹ cicoree. Et tu hec ɔfice cū saccaro vl' iulep aliq̄. Et si dant̄. ℥. iiij. vini ǧnatoꝝ: muçoꝝ: vl' acetoꝫ cū. ℥. ij. aq̄ endiuie p horas duas an̄ accessionē poxismi ipȝ tollit: aut minuit: maxime si cōtinuet̄ aliqb⁹ dieb⁹. Tu tn̄ in h' cōsidera stōchi dispōnē: ꝛ da deinde sequēti die euacuatiuū.

Remedia in nota tertiana ex chol'a aq̄sa seu citrina ꝛ flegmate.

¶ Et qn̄ mixtio est ex cholera ꝛ flegmate tenui ꝛ chol'a citrina. ℞. aquarum endiuie scariole cicoree. an̄. ℥. j. ʒ. absinthij: feniculi. an̄. ℥. j. syrupi acetosi simplicis mellis rosati colati. an̄. ℥. j. ʒ. misce. Uel si vis magistralē. ℞. endiuie scariole lactuce adiāthos hyssopi cicoree. an̄. M. j. radicū feniculi. ℥. ij. ʒ. radicis apij. ℥. j. seminū endiuie scariole. an̄. ℥. ʒ. çucchari qd̄ sufficit: aceti. ℥. iiij. ꝛ fac lōgū aut breueȝ vt placebit: ꝛ aromatiça cū cinnamomo.

Solutiuum.

¶ Ex solutiuis da cassie extracte. ℥. j. cū. ʒ. j. ʒ. turbith pparati: extrahat̄ cū aq̄ absinthij ꝛ endiuie. an̄. ℞. el'uarij indi. ʒ. j. el'uarij de suc° rosaꝝ. ʒ. j. ʒ. cū aq̄ endiuie absinthij. an̄. ℥. j.

Cōfectiones aromatice.

¶ Cōfectiōes ꝛ el'uaria cōpone ex cal'is ꝛ fridis. vt. ℞. spēꝝ aroma^ci rosati descriptiōe Gabrielis. ʒ. j. ʒ. spēꝝ triasandaloꝝ. ʒ. ij. q2 chol'a vincit in vigore. saccari tabarçet. ℥. x. fiat confectio solida.

Trocisci.

¶ Ex trociscis ɔueniūt trocisci rosati minores maxime post dies. xiiij. Si fuerit ex chol'a vitellina: ɔsil'r dic de simplicib⁹.

Syrupi compositi.

¶ Ex cōpositis xo. ℞. syrupi acetosi simplicis. ℥. j. ʒ. mellis rosati colati. ℥. ʒ. aq̄ endiuie feniculi. an̄. ℥. ij.

Syrup⁹ magistralis.

¶ Ex magr̄alib⁹. ℞. radicū fenic'li sparagi. an̄. ℥. j. scolopēdrie endiuie scariole assari. an̄. ℥. ʒ. fiat decoctio ꝛ cuȝ lib. j. ʒ. çucchari ꝛ. ℥. iiij. aceti. Uel si magis vis incidē aceti sqllitici: fiat syrup⁹ lōgus aut breuis: ꝛ det̄ vt supra cū aliqb⁹ ex appropriatis aqs: aut sine aqs.

Solutiua.

¶ Ex solutiuis cōuenit. ℞. diafiniconis vl' el'uarij indi. ʒ. j. ʒ. electuarij succi rosaꝝ. ʒ. j. etiā ɔuenit agarici. ʒ. ij. vl' turbith māna pariter ꝛ cassia ꝟm tenorē vtutis. Et in hoc caplo laudat Auicēna turbith: agaricū ꝛ scamoneā: valet ꝛ reubarbarū ꝛ in suba ꝛ in infusione datū.

Notatu dignum.

¶ Et bn̄ cōmēdes memorie pp egritudinē chronicā te oportere de debili ad forte pcedere ꝛ sepe replicare. Ex trociscis cōmendantur de eupatorio.

Cōfectiones.

¶ Ex ɔfectionib⁹ ɔueniūt diarodon: triasandal'. aromati cū rosatū: de gēmis sil' mixtis ꝛ cū çucchāro fiat electuariuȝ vt decet: ꝛ de ipsis plus aut minus pone ꝟm q̄ videbis.

Tertiana per admixtionez melie.

¶ Et si fuerit nō pura per admixtionē mel'ie in se genite p adustionē: tūc simplicia videant̄ que ɔferūt chol'e pure ꝛ mel'e ꝛ ex illis aggrega: vt xbi grā magr̄al'r. ℞. floꝝ violaꝝ: boraginis: buglosse rosaꝝ rub. endiuie scariole lactuce. an̄. M. j. se. frigidoꝝ maioꝝ scolopēdrie succi boraginis succi pomoꝝ redolētiū acetosoꝝ. an̄. ℥. iij. succi fumiterre. ℥. ij. ʒ. bulliāt in lib. vj. aque ad cōsumptionem tertie partis: ꝛ cum lib. ij. saccari fiat syrupus cū. ℥. iij. aceti squillitici ꝛ clarificetur ꝛ detur de eo plus vl' minus. Uel ℞. ex cōpositis syrupus viol'. ℥. j. syrupi de fumoterre. ℥. ʒ. aque buglosse. ℥. ij. aque fumiterre. ℥. j. misce.

Solutiua.

¶ Ex solutiuis. ℞. reubarbari electi. ʒ. j. ʒ. spice grana. v. infunde in aqua lactis ꝛ modico vini albi: stetqȝ p horas octo in infusione: deinde exprime: cui expressioni addat̄ cassie vl' māne. ℥. j. extrahat̄ cassia cū aq̄ fumiterre boraginis endiuie an̄. ¶ Confectiones ꝛ electuaria fabrica: vt xbi grā. ℞. spēꝝ el'uarij de gēmis. ʒ. j. triasandaloꝝ vel diarodon. ʒ. ij. ʒ. saccari albi. ℥. x.

De tertiana q̄ fit per admixtionē chol'e nigre ab extra venientis.

Qd̄ si fuerit nō nālis p admixtionem chol'e nigre ab extra venientis: ɔsil'r opare ex pte simplicū. vt xbi grā. ℞. mellisse scolopendrie endiuie scariole: floꝝ boraginis: buglosse: violaꝝ. an̄. M. j. radicū feniculi petrosilini. an̄. ℥. j. ʒ. liquiritie rosaruȝ passulaꝝ. an̄. ℥. j. fiat decoctio: ꝛ cum lib. j. decoctionis ponant̄. ℥. iij. saccari. ꝛ. ℥. ij. aceti: ꝛ fiat syrupus longus aut breuis: vt dictū est. Uel ℞. syrupi violati acetosati. ℥. j. de fumoterre. ℥. ʒ. aquaruȝ scolopendrie buglosse. an̄. ℥. j. ʒ. ¶ De solutiuo. ℞. cassie aut māne. ℥. j. diasene. ℥. ʒ. vel electuarij hamech. ʒ. j. ʒ. cum aquis conuenientibus: ꝛ da vt supra.

¶ Amphemerini febris cognitio a nostris quotidiana appellatur. Caput. IIII.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum.

Amphemerinus febris vocitata est: q̄ diei noctisqȝ spatia aliq̄ obtineat. in naturis magis pituitosis residet: ꝛ hiberno tpe: ꝛ in statibus humidiorib⁹ ꝛ frigidiorib⁹: senesqȝ ꝛ pueros magis infestat pp̄ter edacitates: ꝛ p̄cipue in humidis frigidisqȝ locis degētibus: ꝛ vitis segnib⁹ cū saturitate: ꝛ magis cū in cibis ɔtinue sese lauerint: ac multo magis cū ipsa cibaria nā suapte sunt magis pituitosa: ꝛ manifesto inordinata. Febris igit̄ nō cū rigore statim p̄mo die inuadit: sed frigiditate circūcepti magis difficilē calorē hn̄t. In pulsibus aūt manifesta inordinatio: ꝛ ineq̄litas ɔsidet in paroxismi inuasione: p̄sertim motus crassitudo: ꝛ ipsis non est vehemētia: neqȝ languētes hec exurit febris: neqȝ in densum cogit respirare: neqȝ sufflare: seu frigus exgrere. Uerum ho⁹ febres neutiq̄ṡ sitculose sunt: sȝ vomētibus pituitose: ꝛ quecūqȝ per vētrē ipsis iferne exinaniunt̄ frigidiora: ꝛ pallidiora sunt crudiora: ꝛ magis aquosa fere sese pferunt p̄mis dieb⁹: hi neutiq̄ṡ sudāt: neqȝ ad pfectā a conflagratione imunitatē pueniūt: eoꝝ color albus: vrine albe ꝛ tenues p̄mis emingunt̄ dieb⁹: post tum crasse: tum turbide: is humor quotidie paroxismū suscitat. Cōquiescit aūt a ɔflagratione imunis ppetuo horis decē ꝛ octo: nec multo secus: ꝛ perinde amphemerinus est vocitata: q̄ diei noctisqȝ spatia aliq̄ obtineat. Curātes amphemerinum oxymelle vtimur post p̄mos dies: ꝛ qui possunt bene vrinas aduertere: ꝛ vniuersa victus spēs sit secabilior. puidendū aūt est vētri circa vigorē: p̄cipue oi vētris cauēduȝ: deide euomēdū a cibis ꝛ radiculis: ꝛ pituitā exhauriētib⁹ vtēdū adminiculis. Cetera xo victus sunt ad cōes reijciēda intētiones victu: vt vtamur tenuāti: ꝛ medicaminib⁹ secātib⁹.

¶ Ex traditione penorum ꝛ arabum.

Isaac filius Salomonis lib. 5. febriū de cura quotidiane.

Quia febris flegmatica de mā nascitur frigida ꝛ humida. Naȝ flegma nāliter est frigidū ꝛ humidū: necesse est vt hec febris curet̄ cū reb⁹ grossoꝝ hūoꝝ attenuatiuis. Sed tn̄ q2 fl'a diuerso mō est: q2 q̄dā spēs fl'atis est

grossior ꝛ frigidior nãli: ꝛ quedã calidior: necesse est cum materia est frigidior dari plus eã attenuantia: ꝙ cũ fuerit calidior. Unde medicum oportet inuestigare: vt certissime cognoscat quomõ eam debeat curare: ꝛ faciat hoc ꝑm oppositionẽ qualitatũ. Res eni subtiliãtes ꝛ attenuantes diuerso sunt modo in qualitate: qꝛ est flegma frigidum ꝛ humidũ: ꝛ hec species est naturalis: que est de colamenti sanguinis aquositate. proinde sanguis nõ perfecte coctus vel digestus est flegma. Est ꝛ flegma frigidius ꝛ grossius qd dr acetosuz: qd signãt frigiditatẽ sanguini dñantẽ. Est ꝛ alid calidi⁹ ꝛ leui⁹ sicut salsuz: qd õndit calorẽ aquositati sanguinis dñari. Similr ꝛ attenuatiua diuersa sunt: qꝛ quedam cũ nimio calore ꝛ incẽsione sunt attenuatiua: sicut radices origani calamenti çinçiber: ꝛ silĩa. Sũt ꝛ quedaz que attenuãt absqꝫ calore ꝛ frigore: quẽadmodũ maratruz: lupinũ: apiũ: ꝛ silĩa. Sũt ꝛ alia attenuatiua ꝛ acutũ calorẽ extinguentia: sicut prisanũ: oxyçaccbara: ꝛ his silĩa.

Auicẽna fen p⁹ q̃rti canonis de febre flegmatica.

¶ Auicẽna. Febris flegmatica non est ex mã que faciat pũctionez: ita vt sit causa rigoris in via expressionis. eius nãqꝫ putredo est rei lenis. In febre flegmatica ex vitreo humore fit frigus ꝑpter illud qd nõ putruit: ꝛ horripilatio ꝑpter illud qd iam putruit: ꝛ maius eius frigus ꝛ ipsi⁹ rigor insunt periodis status. Et multotiẽs incipit cum syncopi: ꝛ fit. s. syncopis ꝑpter debilitatẽ oris stõchi: ꝛ casum appetitus ꝛ priuationẽ istimbre. i. digestionis que est fundamentũ mãe nutrimẽti ꝛ virtutis. Illã aũt que fit ex flegmate salso sequit̃ horripilatio: ꝛ non fit vehemẽs frigus eius. In hac febre diuersificat̃ eius passio a caliditate: scꝫ in sensu tactus: sicut accidit in reliquijs viscosis cũ bulliũt: ipsa enim disrũpunt̃ in quibusdã locis: ꝛ in q̃busdam nõ. Et febres quidez flegmatis sunt multe oppilationis: ꝛ sudoris pauci: ꝛ cũ sudare facit est res nõ exuberãs. Et sitis q̃dẽ minorat̃ in febrib⁹ fl'aticis ꝑꝑ cãz salsedinis. Et signt eã vt sit paroxism⁹ ei⁹. xviij. horis: ꝛ dimissio ei⁹. vj. horis ꝛ nõ est dimissio ei⁹ mũda: qm̃ mã cũ multitudie ꝛ viscositate est multa. Minor horaꝝ sui ꝑncipij ꝑm plurimum est. xviij. dierũ: ꝛ eius eradicatio in plurib⁹ est intra. xliiij. dies: aliq̃ hñt intra. lxiiij. Saluior eaꝝ est illa: que est mũdoꝝ tẽpoꝝ: ꝛ ꝑcipue illa que est multi sudoris: significat enim subtilitatẽ materiei ꝛ paucitatẽ ei⁹ ꝛ raritatẽ corpis.

Rasis. 10. ad Almansorez cap. 7.

¶ Rasis. Accidit aũt hec febris sepius pueris: ꝛ mulieribus: ꝛ eunuchis: ꝛ corpora habẽtibus humida: ꝛ eis q̃ multum comedũt: ꝛ parũ euacuant̃: ꝛ parũ exercitant̃: ꝛ in tẽporibus: ꝛ in regionibus frigidis ꝛ humidis. Urina ꝟo in hac febre alba est ꝛ subtilis: aut rubea ꝛ spissa ꝛ turbida. Et ꝑm maius in principio est in prima dispõne: sꝫ postea succedẽte tẽpore in aliã mutat̃ dispõnez. Eiusqꝫ interpolatio in plurib⁹ in recessione diei ꝯtingit: ꝛ iuxta noctem. Neqꝫ tũ sudore separat̃: ꝛ ꝑcipue in ꝑmis dieb⁹. Sudor ꝛ si cũ ea fuerit: erit paucus ꝛ viscosus. De vomitu ꝟo ita sit vt res se habuerit. Eger ꝟo nõ est fatigãdus: vt hoc modo oĩno mũdificet̃: ꝛ vt prorsus inuestiget̃. Ex medicamine qd fit ex turbith quaqꝫ nocte est ei danduz: qd. ℞. turbith fricati ꝛ cribellati cũ panno sericino. ʒ. x. masticis çinçiberis: amboꝝ. añ. ʒ. j. çucchari quantũ de oĩbus. Ex hoc quaqꝫ nocte põdus aurei vnius in potu detur: nisi venter a nã bis aut amplius inter diẽ ꝛ noctẽ soluat̃. Nutriẽdus ꝟo est eger ex aceto ꝛ oleo abluto: ꝛ çuccharo ꝛ pauca mẽtha: ꝛ ex olerib⁹ huic similib⁹. ꝙ si egri virtus debilitata fuerit: pulli assati: ꝛ preparati in patella dent̃: ꝛ separẽtur a iure ꝛ micis. Et obseruandũ est ne aquã frigidaz patiẽs in hac febre bibat: neqꝫ aliq̃d eoꝝ que ei similia sunt ex reb⁹ frigidis. Et hoc si neglexerit febris fiet lõgissima.

Cõstãtin⁹ lib. 8. pãthegni d significatione putredinis febrium.

¶ Cõstãtin⁹. Signãtio q̃tidiane febris: aut de re nãli: aut nõ nãli: aut ex nãz est. De re nãli sic si cõpl'o ĩfirmi frida ꝛ humida sit: ꝛ sibi dñet̃ fl'a. Etas eius: aut pueritia: aut seniũ. Pueritia ꝑꝑ gulositatẽ. Seniũ ꝑꝑ multitudinẽ fl'atis in corpore eoꝝ. De nõ nãli cum infirmus in sanitate sua gulosus: multũ quiescẽs: piger: sepe balneãs post cibum. De re extra naturã cũ infirmus sentit dolorẽ in ore stõchi ꝛ humiditatẽ in lingua: inflationẽ in latere mutato colore: sitis ꝑua: rigorẽ ꝛ frigus nimiũ hꝫ in extremitate corpis ꝛ diu. Cũ aũt tãgas corp⁹i hora accessiõis: nõ appet calor nisi cũ morat̃ manus. Hꝫ. n. calor hũiditatẽ ꝑꝑ flegma: parum acut⁹ est ꝑꝑ putredinẽ: aliq̃ñ sudans parũ: aliq̃ñ nõ.

¶ Ex traditione auctorum recentium.

Febris amphimerina que quotidiana dr: de putredine humoruz fl'aticoꝝ nascit̃. Flegma eni si cõplexioni corpis dñet̃: aut putrefit: aut nõ. Nã putrefactũ: aut est in toto corpe: aut in pte. Si fuerit in toto corpe: gñat aut hyposarcã: aut friditatẽ ꝯtinuã sine febre. Cã huius diuersitatis est fortitudo ꝛ defectio mẽbroꝝ: qꝛ mẽbra cũ fuerint fortia: expellũt paulatim illud fl'a: nec dimittũt illd coadunari: vt hyposarca gñet̃. Qd si fuerit defecta: coadunat̃ in corpe: vñ hyposarca nascit̃. Si aũt fuerit in vno loco: facit humidũ apa: qd çimia nũcupat̃. Si aũt fuerit putrefactum: aut est in toto corpore: aut in vno mẽbro. Si est in vno mẽbro: generat vulnera aut pustulas: de q̃bus humores saniosi fluũt ꝛ aquosi. Si fuerit in toto corpore: aut est intra vasa: aut extra. Si est intrinsecus: generat quotidianã cõtinuã sine rigore. Si extrinsecus: generat quotidianã cũ interpolatione. Quã trib⁹ modis intelligimus vt superi⁹ dictũ est aucte Cõstãtini: sicut etiã de tertiana dicit̃: scꝫ re nãli: nõ nãli: ꝛ re extra naturã. Res nãlis est etas cõplexio. Non nãlis est tempus regio aer ꝛ artificiũ infirmi. Res extra naturã sunt accidentia que ex hac febre generant̃: que sunt ĩfirmo accidẽtia: medico ꝟo significationes. Habet etiã hec febris ꝓprietates que sũt ab ea inseparabiles: scꝫ dolor stomachi: ꝛ splenis: sed tñ maior est in stõcho. Proinde patiens euomit flegma ꝛ facies eius fit tumida: ꝛ mutat̃ in liuidũ aut plumbeum colorẽ. Os eius semꝑ est humidũ ꝛ insipidum: nec vllã patiunt̃ sitim: ꝛ si in statu sitierunt: fit modica que sitis nõ est ꝑpter flegmaticã materiã: sed accidẽtalr ꝑpter calorẽ flegma putrefaciẽtẽ: sicut eis qui pisces ꝛ melones comederũt: hec enim cibaria si calorẽ esse in stõcho accumulatũ inuenerint: cito in eius naturã cõuertunt̃: ꝛ sitim generãt: qꝛ nãliter sunt cõuertibilia. Qd si vltimitas caloris in vnaquaqꝫ febre venerit: mutat̃ eius facies in citrinitatẽ: vrina fit rubea: ꝛ pulsus fortis. hec sunt ꝑpter calorem flegma putrefacientẽ: cessante quasi calore cõuertit̃ facies eius in plũbeũ ꝛ albũ colorẽ: ꝛ vrina in albedinem ꝛ cruditatẽ. Causa q̃a materia est cruda. pulsus eius fit latus: tardus: diuersus: ꝛ debilis. Latitudo ꝑpter abundantiã ꝛ humiditatẽ materie. Defectio ꝛ tarditas ꝑpter paruitatẽ caloris naturalis. Diuersitas eius: q̃a natura aliq̃ñ materie dominat̃ vnde pulsum facit fortem: ꝛ aliquãdo materia nature dominat̃ vnde pulsus fit debilis. Ueniẽte aũt morbo ad finem ꝛ materia digesta: fit vrina digesta ꝛ rubea ꝛ turbida: ꝛ significat ꝓpinq̃tatez crisis. ¶ Qd si aliq̃ nos rephẽderint dicẽtes: si nã febris est cal'a ꝛ sicca: ꝛ fl'a est fridũ ꝛ humidũ: q̃uo ex eo flegmate febris nascit̃? ¶ Rñdeo ꝙ nõ dicim⁹ febrẽ de fl'ate gñari ꝑm suã nãm ꝓpriã existẽtẽ: sꝫ dicim⁹ ꝙ oĩs mã fl'atica aut cholerica aut mel'ica cũ putrefit bullit ꝛ calefit vñ febris gñat̃: q̃ si non putrefit: febrẽ nullo mõ facit: sꝫ nãlr fit cal'a. Hoc ꝟo testificat̃ per icteritiam: que nascitur de cholera rubea mixta cum sanguine per totũ corp⁹: ꝛ tñ patiẽs nullã febrẽ patitur: qꝛ chol'a nõ est putrefacta. Palã ergo intelligimus ꝙ flegma nõ generat febrẽ naturalr: sꝫ ꝑpter sui bullitionẽ de putredine ꝓcedentem. Ubi grã. aqua calida incendit

De cura quotidiane febris

nō ꝑpter sui naturā:sed ꝑpter calorē quem ab igne suscipit. ¶ Ueniendo igit̄ ad curā si flegma intelligit̄ eē frigidius ⁊ grossi⁹:medicet̄ cū cal'a ⁊ humectatiua medicina. Sidō flegma fuerit calidius ⁊ lenius:curetur in initio cū extenuatiuis ⁊ refrigeratiuis. Febre aūt mitigari incipiēte:patiens curet̄ cum re extenuatiua:⁊ nō calefactiua:aut aliquāti caloris actiua:q2 si data fuerint refrigeratiua calore febris decrescēte timemus ne materia induret̄ ⁊ ingrosset̄. flegma enim lz calefiat accidētaliter:natural'r tamen recipit cito frigiditatē ⁊ humiditatem. Itē si calidas medicinas assuefaciamus:augmentatur materia plus q̄3 fuerat prius:q2 si calorē consumat frigidū suscepit:quāto magis est paratū ad suscipiēdum calorē cum accidental'r sit calidu3. proinde necesse est vt sit medicina mediocris idest attenuans sine calore:aut cum modico calore:⁊ hoc fiat ab initio:vsq3 du3 materia fuerit digesta. Cūq3 signū coctionis in vrina aly sue locis apparuerit:festinari oportet ad expellendum materiā extrinsecus:hoc enim si neglexerit:timendū est ne materia ingrosset̄ ⁊ induret̄:quia sicca est eius natura. Signū etiā coctionis si nō apparuerit in vrina:queādmodum si cruda appareat:⁊ alia signa monstrent motā esse materiam:ne credatur vrine. Possibile enim est vt cruditas vrine fiat ex cibi ⁊ potus inordinatione:vnde nec tuam actionē dimittas ꝑpter vrinam: sed purga materiā cum ventris solutione post digestionē ḟm q̄ op3.

Digestiua materie flatice.

¶ Ex cōpositis vsualibus in febre flegmatica ex flegmate dulci. ℞. syrupi acetosi simplicis. ℥.j.ß. aque fluuialis cocte. ℥.iij. saccari. ℥.j.ß. Trāseo ad forti⁹:da oxymellis. ℥.j. aque feniculi. ℥.iij. Item vlterius ad fortius:da acetosi de duab⁹ radicibus cū aqua feniculi vt dosatū est. Et ad fortius:da syrupum acetosum de quinq3 radicib⁹: vel syrupū de biçātys cū aqua eupatory:⁊ cū aqua absinthy ⁊ huius:ita q̄ semper a debili ad forte:⁊ sic ꝓcedas dādo ipsa digestiua de quinq3 vel sex dieb⁹ in sex dies:⁊ aliquādo intercipe tēpus vt nā quiescat a grauamine medicaminū ⁊ vt videat̄ q̄d operabit̄ natura nō impedita ab ipsis medicinis.

Syrup⁹ magistralis in feb. quotidiana.

¶ Si cupis digestiuū magistrale fac sic. ℞. eupatory absinthy bedeguar. aā. ℥.j. radicu3 feniculi apy liquiritie passularū. aā. ℥.ß. rosarū ameos. aā. ʒ. iij. seminis endiuie feniculi. aā. ʒ.ij. bulliant in libris quatuor aque vsq3 ad ꝯsumptionē medietatis:⁊ cū libra vna mellis dispumati fiat syrupus:⁊ maxime in hieme:estate fac cum saccaro albo. Et hic attēde q̄ ipsum est forte ⁊ cōueniens in fine.

Solutiuu3 in quotidiana.

¶ Materia digesta. ℞. agarici:turbith. aā. ℈.j. spice salis gēme. aā. grana. iiij. çinçiberis. ℈.ß. infundantur in aqua mellis:deinde sufficiēter exprimantur:in qua aqua dissolue cassie:aut māne. ℥.j.

Confectio de turbith.

¶ Ordinatur cōfectio de turbith hoc modo in casu cōmendata. ℞. çinçiberis. ʒ.iij. galange piperis lōgi. aā. ℈.ij. macis croci. aā. ℈.ß. turbith gūmosi ⁊ electi. ʒ.xij. saccari albissimi lib.j. ⁊ cū aqua absinthy:⁊ pauco vino cydonioꝝ fiat cōfectio solida:de qua capiat morsellū:dosis. ʒ.iij.

Confectio singularis.

¶ Ex confectionibus conueniūt. ℞. specieꝝ aromatici rosati. ʒ.j. diarodon abbatis. ʒ.ß. gēmaru3 electuary de gēmis. ℈.ij. saccari albissimi. ℥.v. fiat cōfectio solida cu3 aqua absinthy:de qua capiat morsellum vnū per horā ante pastū mane ⁊ sero.

Dubi… tabilis… sponsi… *Electuarium conueniens.*

¶ Electuariū ordina sic. ℞. saccari boraginati:buglossati:violati. aā. ℥.iiij. pulueris anthos. ʒ.j. specierū aromatici rosati. ʒ.j.ß. diarodon. ʒ.j. specierū electuary de gēmis. ʒ.ß. cōfice ⁊ deaura:de quo dabis vt de cōfectione dictu3 est.

Trocisci in quotidiana.

¶ Ex trociscis. ℞. specierū diarodon cinnamomi electi aā. ʒ.ij. incorporent̄ cu3 succo eupatory:⁊ q̄a puluerişati non sunt in vsu:da eos in forma pillulaꝝ:⁊ ex eisdē potes cū saccaro ꝯfectionē facere. Laudant̄ etiā trocisci de rosis:q̄ñ sunt stomachi cōfortatiui. ¶ Ad extra stomachū inunge:vt. ℞. olei masticis. ℥.j. nardini siue de spica. ʒ.ß. de absinthio. ℥.j. pulueris gariofiloꝝ. ʒ.ß. ligni aloes. ℈.ij. coralloꝝ rubeoꝝ. ʒ.j. coriandroꝝ preparatoꝝ. ʒ.ß. pulueris rosarū. ℈.j. aceti nigri parū:⁊ cum cera fac vnguentū.

Emperica in quotidiana febre.

¶ Ex expertis puluis vnius foly pentafilon cū vno grano piperis:cum vino potanti datū ante accessionem per horam:qd̄ tēpus semper intellige de similibus datis. Synapis tritum cum hydromelle datum quotidiana3 tollit: materiā in fumū cōuertēdo. Idē operat̄ tyriaca cū aqua calida exhibita ante horam accessionis per horas duas:⁊ hoc de quarto in quartū precedentibus euacuationibus.

Alchif cōtra quotidiana3.

¶ Alchif cōtra febrē de flegmate dulci vel nāli. ℞. succi fumiterre. ℥.j. agarici. ʒ.ß. succi feniculi. ℥.j. detur ante accessione3 per tres horas:⁊ liberabit̄ eger. Si aūt fuerit quotidiana ꝑiodica ex flegmate salso fac que sequunt̄.

Amphimerina ex flegmate salso.

¶ Ex digestiuis magistralib⁹. ℞. endiuie scariole buglosse. aā. M.j. radicū feniculi apy. aā. M.ß. florum buglosse violarum boraginis. aā. M.j. se. frigidoꝝ. ℥.j. liquiritie passularu3. aā. ℥.iij. anisi feniculi. aā. ℥.ij. fiat decoctio in lib. iiij. aque vsq3 ad cōsumptionem medietatis:deinde cū lib.j. saccari albi ⁊ media mellis fiat syrup⁹:de quo dabis. ℥.j. cum aque endiuie. ℥.j.ß. buglosse. ℥.j.

Solutiuū flegmatis.

¶ Ex solutiuis. ℞. violaꝝ. M.ß. passularum. ℥.ß. radicū feniculi. ʒ. ij. fiat ex his decoctio cum aqua cū qua extrahe cassie. ℥.ß. diafiniconis:vel electuary indi. ʒ.j. vel cum dicta decoctione da diafiniconis. ʒ.iij. vel reubarbari aut turbith. ℈. ij. çinçiberis spice. aā. ℈.ß. ⁊ infunde reubarbarū in vino subtili per noctem cum ipsa spica:⁊ cū decoctione precedenti ⁊ cassie. ℥.j. ⁊ electuary de succo rosarū. ℈.ij. da. ¶ Ex ꝯfectionibus ꝯueniunt manuschristi perlatū cū modico sandalorum factum. Item. ℞. coralloru3 rubeoꝝ. ʒ.j. cinnamomi. ℈.iiij. margaritarū. ʒ.ß. sandaloꝝ rubeorū. ℈.j. ligni aloes macis. aā. ℈.ß. saccari albissimi. ℥.viij. fiat cōfectio in morsellis:cum aqua rosata : de qua accipiat vt in precedēti rubrica:vel ex specieb⁹ diarodon abbatis ⁊ electuary de gēmis:aut aromatici rosati fiat ꝯfectio. ¶ Electuariu3 fiat ex saccaro rosato violato buglossato. aā. ℥.ij.ß. manuschristi perlato diarodon abbatis. aā. ʒ.x. specierū electuary de gēmis. ℥.ß. deauretur. ¶ Ex trociscis qui tamen non sunt multum in vsu. ℞. trociscoꝝ de eupatorio: trociscoꝝ de spodio. aā. cōfice cum iulep viol'. ⁊ da vt in precedenti rubrica.

De cura quotidiane ex flegmate mucilaginoso : vitreo ⁊ aq̄so.

¶ De cura flegmatice periodice ex flegmate mucilaginoso ⁊ vitreo ⁊ aquoso. ¶ Ex compositis vsualib⁹ digestiuis in tali febre. ℞. mellis rosati colati. ℥.j. syrupi acetosi simplicis. ℥.ß. aquarum feniculi buglosse. aā. ℥.j.ß. Et ex isto transeas ad fortius gradando vt predictum est.

Syrup⁹ magistralis.

¶ Magistrale. ℞. radicū sparagi brusci feniculi. aā. ℥.j. melisse buglosse. aā. M.j. se. anisi feniculi. aā. ℥.j. ameos. ℥.ß. passularū. ℥.iiij. ⁊ cu3 quatuor lib. aque fiat decoctio ad cōsumptione3 medietatis:deinde cū lib. j. mellis ⁊. ℥.iiij. aceti fiat syrupus in hieme:in estate cum çuccharo:⁊ fac acetosius ⁊ minus vt videat̄:⁊ valet iam digesta materia. In principio fac cum minus aperitiuis: vnde vide ꝯditiones digestiui in hac mā attendendas in primis capitulis superi⁹ adductis. ¶ Ex solutiuis habes pill'as ⁊ alia vt ꝑ te scire debes. ¶ Ex magr̄alib⁹. ℞. pul'. hierepigre. ʒ.ij. agarici turbith. aā. ʒ.j. spice. çç. salis gēme aā. gra. vj. informent̄ cū oxymelle:⁊ i hoc casu agaric⁹ est medicina ꝑpria. Et ꝯfectiones ꝯueniūt vt in flegmate dulci dictu3 est:que adhuc eleuabis in gradu cal'itatis magis q̄ñ flegma vitreū est frigidi⁹ dulci. ¶ De vnguētis vide ꝑ teipṡ3.

Cura febris periodice ꝑmixte.

De cura flatice ꝑiodice ꝑmixte. Scd̄3 cōpōnē humoris cōpone simplicia. ¶ Uñ ex vsualibus digestiuis. ℞. mell' rof. colati. ℥.j. syrupi acetosi simplicis. ℥.ß. aq̄ çuccarate. ℥.j. aq̄ fenicl'i. ℥.ij.

Solutiuum.

¶ Ex solutiuis. ℞. cassie. ℥.j. tur-

bith.ʒ.j.extrahat cū decoctione tamarindoꝝ:capillorum

Confectio.

veneris passularū ⁊ ligritie. ¶ Et cōfectionē ordina. ℞. cinnamomi. ℈.ij.sandali rubei. ℈.j.ß. margaritaruꝫ.ʒ.ß. çucchari lib.j.fac cū aq̄ buglosse boraginis ⁊ feniculi. an̄. ¶ Electuariū ordina. ℞.çucchari boraginis manuschristi perlati.an̄.℥.ij.specierū electuarij de gēmis.ʒ.ß.corallorꝝ rubeorꝝ.℈.ß.syrupi de citro quātū sufficit ⁊ deaura.

Digestiuum.

Ex trociscis ⁊ alijs ordina vt de flegmate salso. ¶ Digestiuum vsuale saltē in principio. ℞. oxymellis simplicis. ℥.j.ß.mellis rosati colati.℥.ß. aque buglosse:aque feniculi: aque çuccharate.an̄.℥.j.

Pillule.

¶ Solutiuū. ℞.pillularꝝ indarꝝ ʒ.ß.pillularꝝ de turbith.ʒ.j.incorporent cū oxymelle simplici ⁊ da vsqꝫ ad.v. ¶ Transferas te deinde ad syrupuꝫ

Syrup⁹ magistralis.

fortiorē:⁊ si vis magistralē. ℞. radicū quinqꝫ. an̄.ʒ.ij.capillorꝝ veneris hyssopi.an̄.ʒ.j.scolopendrie endiuie cicoree buglosse.an̄.ʒ.ij.fiat decoctio:⁊ in fine adde epithimi. ʒ.ij.sed cola:deinde cū çuccharo syrupiça ⁊ aromatiça cū cinnamomo:⁊ maxime estate:hieme v̄o potes syrupū cū melle facere. ¶ Solutiuū magistrale. ℞. liquiritie passularū capillorꝝ veneris polypodij thimi epithimi fiat decoctio:⁊ cū aqua extrahant.ʒ.vj.cassie aut māne:quibus addas agarici.ʒ.j.turbith. ʒ.ß.çinçiberis. ℈.ß. salis gēme grana.vj.

Confectio.

¶ Ex cōfectionibus cōuenit. ℞.spēꝝ diarodō abbatis.ʒ.j.specierꝝ electuarij de gēmis. ℈.ij.çucchari.ʒ. x.fiat cū aqua feniculi buglosse.an̄.

Electuariuꝫ.

¶ Electuarium.vꝫ.de gēmis. ℞.çucchari buglossati boraginati.an̄.℥.iiij. spēruꝫ ꝯfectionis de gēmis:vel diamusci vel aromatici rosati.ʒ. j.ß.diarodon abbatis.ʒ.ß.deaura.

¶ De emitritheo. Caput.V.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Curatio semitertiane febris que emitritheos dicit

ATvbi id genus tertiane est:qđ emitritheon medici appellant:magna cura opus est:ne id fallat. Habet eni(vt Celso placet)plerūqꝫ frequentiores accessiones decessionesqꝫ:vt aliud morbi genus videri possit:porrigitqꝫ febris inter horas vigintiquatuor ⁊ trigintasex:vt qđ idē est:nō idē eē videat. Febris hec mixta est tabida:putridaqꝫ pituita cū amara bili tabida cōposita ex vtrisqꝫ Amphemerino quidē cū frigiditate ingrediente:tertiana v̄o cū rigore mixta ex vtraqꝫ horrorē incutit:rigorē quideꝫ minus aliquatenus hn̄te. Maius aūt circū ingruēte frigore:quibus mixtis nihil est extremum maximūqꝫ. Eius aūt ortus modus est duplex:vel conueniētibus duobus in vnum paroxismis statim a principio mixtis inuicē ambobus vel singulis per se. Cum igit̃ tertiana dominat̃ horridior est febris:tametsi rigoris significationeꝫ admittit:statim aūt hec calidior:⁊ bilis vomitu: vel separatione leuat̃. At pituita affluēte dn̄at̃ extremis frigiditas. Exigui aūt horrores:neqꝫ sitibundi sunt:neqꝫ estuosi.cum aūt magnitudine pares extiterint:cum deficit tertiana ⁊ ꝯtinua amphemerina:inuasio paroxismi cū horrore effecit̃. Cuꝫ v̄o pituite tēpus imperiū exhibet:systole fiunt:⁊ horrores. Cū bilis dn̄atur cōglobatim concalescunt:atqꝫ is est sincerus emitritheus ex imbecilli tēperamēto duarū factus febriuꝫ:tertiana deficiēte:⁊ amphemerina cōtinua:at nō integer emitritheus vel biliosuꝫ humorem multū possidet:vel pituitosum. Ex amboḃ itaqꝫ iam dictis humoribus cū febris emitritheus ꝯstet mixtā caliditatem habeat opus est:proinde cura erit composita ex iam dicta tertiana ⁊ amphemerino.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum.

Isaac lib.5° febriū de emitritheo.

EMitritheus nascit̃ de materia cholerica extra vasa existēte: ⁊ flegmatica intra vasa:que vtraqꝫ in qualitate est equalis:vnde Hippocrates in p̄mo libro epidimie. Emitritheus icipit nō dimittit:qđ bene dixit:quia vna suarꝝ materierꝝ est intra vasa. Materia enim cū fuerit intra vasa:nō quiescit patiēs:qꝛ nō habet interpolationē:quāuis fuerint interpolate nāliter:⁊ hec febris de duabus nascit̃ extraneis materijs:scilꝫ flegmate ⁊ cholera:fit in die tertiane accn̄tis significatio cōmixta:⁊ molestatio: febris valida:qꝛ molestatio est de duabus febrib⁹ ꝯrijs. In die aūt amphemerini signa simplicia apparēt ⁊ molestatio febris mollior ⁊ lenior:qꝛ vnius febris est.

Auicē. prima canonis.

¶ Auicēna. Emitritheus est febris cōposita cū duabus febribus: quarū vna est tertiana:⁊ altera est flegmatica:⁊ fit in die vno paroxismus tertiane ⁊ quotidiane simul:aut ſm semitam coalternationis:aut cōitatis aut introitus:⁊ prima est difficilior ad cognoscenduꝫ:deinde secūda. Et fortasse extēditur emitritheus lōgo tēpore:scꝫ vsqꝫ ad septē menses ⁊ supra. Et qn̄qꝫ est de febrib⁹ magis interficientib⁹: quoniaꝫ perducit ad ethicā ⁊ egritudines chronicas difficiles. Et ex hac que est emitritheus corpus nō mundificatur integre. Absinthium iuuat ad rectificandum materiā ⁊ maturandum ipsam ⁊ succurrendū nocumentis ei⁹ post septem ⁊ apparitionem digestionis:⁊ cum festinatur cuꝫ eo mouet humores:⁊ nō euacuat eos. Cum sumit̃ scilicet ante facit accidere angustiā ⁊ tristitiam ⁊ nauseaꝫ:deinde reuertit̃ super eos cum sua caliditate:⁊ exiccat eos:⁊ cum sua stipticitate facit eos pigros. Ponit hic Auicēna de eo qui contradixit Galeno:qꝛ Galenus dabat in cura emitrithei aquā ordei cū pipere ⁊ reprehēdit euꝫ.

Serapio. breuia.

¶ Serapio. Emitritheus est trium specieruꝫ. Qđ est:qꝛ aut vincit sup eam cholera citrina pura:aut flegma:aut sunt cū equalitate. Et hec quidem febris est in die prima vehemens:⁊ in secūda est qeta. Et causa in illo est:qꝛ sunt in die p̄mo due febres:scilꝫ illa que est ex cholera citrina:⁊ illa que est ex flegmate:⁊ in secunda illa que fit ex flegmate tm̄. Et curatio huius febris est ſm quantitatem humoris vincentis in ea. Quod si vincant duo humores facientes eum:simul cum equalitate.

¶ Ex traditione recentium auctorum.

EMitritheus omnis fit ex cholera putrefacta intra:vel extra: vel ex alio humore vt ex flegmate vel melāncholia. Sūt aūt emitrithei tres:minor:medius:maior. Minor fit ex cholera putrefacta intus:cum flegmate extra. Medius ex flegmate intus ⁊ chol'a extra. Maior de cholera intra ⁊ melancholia extra.

Ex Hippocrate de natura homi.

In omni nāqꝫ emitritheo ille humor putrefit extra vasa:qui est materia illi⁹ interpolate:cui ꝯiungit̃. Inde est ꝙ in minori emitritheo qui quotidiane assimilat̃:flegma putrefit extra vn̄ quotidie fit paroxismus ⁊ cum typo. In medio qui assimilatur tertiane:putrefit cholera extra. In maiori qui quartane coniungit̃:putrefit melancholia extra. Qđ si quidaꝫ nos reprehenderint ⁊ dicant. Si emitritheus est de duab⁹ cōposita febribus:idest amphimerino ⁊ tertiana:⁊ amphimerinus palaꝫ in ea apparet:eiusqꝫ significationes apparent:quare accepit nomen a tertiana:⁊ non ab amphimerino: Respondeo:qꝛ amphimerinus aperte apparet sensui:non est sibi necessitas vt ei nomen impendatur. Sed tertiana quia est omnino occulta si nomine careret:⁊ ipsa omnimodo negaretur. Sed si iterum dixerint quomodo possumus cognoscere tertianā mām vtrū sit extra vasa: ⁊ amphimerinū intra vasa: Dicim⁹:qꝛ si frigiditas:que solita erat in amphimerino venire nō appet:⁊ rigor tertiane apparet:intelligit̃ mā amphimerini intra vasa. Preterea cū hec febris quotidie accidat:cognoscim⁹ eā flegmaticam habere materiam:que frigore caret:⁊ rigorē habet noscimus ei cholericam materiam esse cōmixtam. Emi-

tritheus q de cholerica mã ꝛ flegmatica est:necesse est vt sit curatio eius mediocris inter rem calefactiuã ꝛ refrigeratiuã. Et quia omnis cõmixtio aut est in potestate:aut in actu eq̃lis:aut vna est fortior altera:opꝫ vtraqꝫ hui⁹ emitrithei mã aut sit equalis:aut inequalis. Si sit equalis: vera emitrithei curatio fit cũ rebus attenuantib⁹ ꝛ dissoluentibus nullum calorem aut frigiditatē facientibus:sicut lupulo:maratri succo:mãna:viol'.çuccharo:ptisano cũ oxymelle. Qd̃ si cholera fuerit maior fit facilior ꝛ leuior: quã curare decet cũ rebus mundificatiuis ꝛ modicuꝫ refrigeratiuis:sicut endiuia:maratro:viol'.çuccharo:manna prunis:ptisano cum oxyçaccara. Si aũt flegma videt̃ dominari:fit emitritheus molestior:tũc medicinet̃ cũ mundificatiuis ꝛ dissolutiuis ꝛ aliquantuluꝫ calefactiuis:quẽadmodũ mellicratũ cũ aqua calida:syrupo absinthij ptisano:in quo cocta fuerint radices apij:maratri:anhetũ calamentũ. Oxymel accipiãt ꝛ trociscos de ros. ꝛ trociscos de herbis omnia cũ succo maratri ꝛ oxymelle sumat:vel rosa cũ mastice:aniso maratro ꝛ aqua calida. Si videris materiã attenuari ꝛ moueri vt egrediat̃:ꝛ signũ coctionis in vrina apparuerit:dabis pharmaciã suauiter solutionē facientẽ. Et bonũ est si post cibũ vomitus ꝓuocet̃:ꝛ diuretica tribuant̃:sicut trocisci de absinthio:ꝛ de lacca cum succo maratri endiuie ꝛ apij. Ex solutiuis cõueniũt tales pillule. ℞.hierepigre calamẽti.añ.ʒ.v.anisi:maratri:apij añ.ʒ.iij.succi eupatorij:succi absinthij.añ.ʒ.ij.tempera cũ succo fumiterre ꝛ fac pillulas:da potui.ʒ.ij.cuꝫ aqua calida. ¶ Alie ad idẽ valẽtes. ℞.calamẽti.ʒ.iij.hierepigre.ʒ.v.apij anisi maratri.añ.ʒ.j.s.fac puluerẽ:tẽpera cũ succo apij:da.ʒ.ij.cũ tepida aq̃. Tetrate⁹ seu maior emitrithe⁹ de chimo nascit̃ melico. Cui⁹ mã ẽ aut putrefacta:aut nõ putrefacta. Nõ putrefacta aut est ĩ toto corpe:aut in vno mẽbro. Si fuerit in toto corpore:nigrã generat icteritiã: que fit ex defectione splenis sanguinis fecem ab epate trahere nequeuntis. Qd̃ si fuerit in vno mẽbro:generat apostema durum quod vocatur sciliros. Si fuerit putrefacta: aut est in toto corpore:aut in vno membro. Si fuerit in vno membro:facit cancrum membra corrodens. Si est in toto corpore:aut est intra vasa:aut extra. Si est intrinsecus:facit quartanam sine rigore:nec interpolatur. Si fuerit extrinsecus est cum interpolatione:ꝛ facit quartanã febrem:de qua dicetur loco suo.

¶ De quartane integre cognitione. Caput. VI.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum.

Ex Hippocrate de natura hominis.

QUartana febris longe diuturnior tertianis est:tum q̃a minus bilis habẽs estũ afferẽtis:tuꝫ q̃ corpus ampli⁹ refrigescit:qd̃ ab atra bile id superãtis materie ꝓficiscit̃:ac difficulter euellit̃. Nam cũ ea inter oẽs corporis humores lẽtissima ꝛ glutinosissima sit: diuturniores sedes cõstituit. Qd̃ aũt febres quartane atre bilis participes sint:hac re tibi patebit:q̃ hoies autũnali potissimũ tẽpore ꝛ in etate vigintiquinqꝫ annoꝝ vsqꝫ ad quadragesimũquintũ annũ:que ex omnibus etatib⁹ maxime atra bile detinet̃:corripiunt̃ quartanis:quibus autũnus inter alia omnia anni tẽpora expositissim⁹ est. Quis igit̃ vltra citraue id tẽpus:ac eam etatẽ quartana accesserit:pro cõperto habere debes hanc febrẽ minime diuturnam fore:nisi quid aliud homini officiat. Hec aũt febris vtplurimũ nõ statim a primo cũ rigore inuadit:sed q̃nqꝫ ex alijs ex hoc lapsus est ab errantibus:ꝛ que sine ordine dicunt̃:in hãc ꝓcedẽti aũt gignit̃ rigor:sensus aũt languẽtibus non est cõpũcta ꝛ vellicata cute:sicut fit in tertianis: sed refrigeratis:ꝛ vehemẽter perturbatis ad ossa vsqꝫ:ita nãqꝫ audias:qui ab ea teneant̃ febri dicere:vt ossa quati: ꝛ caro tota videat̃:pulsus autẽ exigui ꝛ hebetes:ꝛ tardi:ꝛ rari in significationũ sunt primordijs:vt in nulla alia affectione:accessiu nãqꝫ quartane ligata tibi videbit̃ arteria:ꝛ interi⁹ rapi ꝛ impediri:quo minus exurgat:quare tametsi iuuenis fuerit egrotus senectutis extreme:motũ tñ imitatur arteria. Nam si spectes egrotãtis nãlem pulsum: vel in altero morbo in ꝑncipio paroxismi aliud non expectabis:quo affirmes quartanã esse:que tñ primuꝫ inuasit febris:nõ antea nãqꝫ visa pulsus mutatio apparebit in raritatem:ꝛ tarditatẽ. Urina aũt his in principio quidē alba:ac tenuis:ꝛ aquosa:vtpote penetrans ꝑ materie crassitudinem:ꝓcedẽte aũt morbo iuxta ꝓportionẽ coloratior efficit̃:hypostasimqꝫ crassam habet:sudorũqꝫ consequit̃ multitudo iuxta vigoris accessũ ipsius paroxismi. ¶ Ex ꝯsuetudine quartana febricitãtib⁹ ꝓfero inquit Archigenes ꝛ bituminis:ꝛ trifolij quantũ sit dragma semis in cyatis quatuor mellicrati:miro quodã modo:ipsos etiã iuuat iudaicũ bitumen potũ lene cum vino mixtum quãtitate dragme: medicamine minime molesto:quo aqua intercus lauat̃. hedere corimbite folia q̃nqꝫ cũ myrra troglodytica fabe magnitudine dissoluta in acetabulo mellicrati dulcioris dant̃:ꝛ castoreũ potũ rigores mitigat:ꝛ morbosum carnis assũmit:ꝛ cõcoctionibus que in venis opitulat̃:segnesqꝫ mot⁹ dimouet. ¶ Alexãdri remediũ tale est. Feruefactio scorpturi: siue sorpioidis herbe mirifice ꝓdest. Facit ꝓpemodũ ad oẽs pota ante febris significationem. Juuat nõ solũ rõne nãli:sed etiã per vẽtrẽ:ꝛ per vomitũ educẽdo materiã. Ferũt etiã si quis a mẽto hirci pilos subtrahat:ꝛ eis languentẽ vinciat:miro modo curatum iri. ¶ Aliud quo se vsuꝫ ait Aetius ipsi⁹ Asclepiadis somnũ faciẽs. Piperis longi myrre troglodytice:succi papaueris:castorei eque ex omnibus copinge:ꝛ vtitur prebens obolũ:vel dimidiũ cũ melle horis duab⁹ ante significationẽ. ¶ Ex Ruffo que primordiuꝫ a splene capiunt quartane febres sũt lõgiores:colore aũt dignoscunt̃:atqꝫ incõcoctionibus:q̃qꝫ non facile aluus deijciat̃:splenisqꝫ tumore: exqꝫ sinistra magis iudicat̃:piculũqꝫ est ne diuturnitate homo in aqua inter cutem incidat. Cũ aũt ex iecoris inflãmatione est titillatio:vel dolor in dextro latere: suntqꝫ albi coloris ꝛ aquosi toto corpore languẽtes:ꝛ vrine:que sandarache facieꝫ habẽt:ꝛ subruffe:cũqꝫ succedũtur tumor succedit dextri hypocundrij:he sunt molestiores splenicis:ꝛ succumbunt:ꝛ infeste terminate magis periculosos morbos a qua inter cute incidunt.

Ex Archigene remedium.

Quartanis ex alexãdro simplex medicamen.

Quartanis ex Asclepiade ꝛ Aetio medicamen.

Ex Ruffo.

¶ Ex traditione penorum ꝛ arabum.

Cõstantinus ꝛ. viatici. c. 5.

FEbris quartana de putrida cholera nigra nascitur:que si sit intra vasa: generat̃ sine rigore quartana:que vocat̃ continua. Si extra vasa generat̃ iterpolata. Uera aũt quartana. xxiiij. horis tenet:ꝛ intermittit. xlviij. Quedã quartana de pura nascit̃ cholera nigra: que frigida est ꝛ sicca. Et iteruꝫ alia est de cholera nigra: que de incẽsionib⁹ ꝛ alioꝝ humoruꝫ:sicut sang. ꝛ cholere rub. ꝛ flegmatis:opꝫ ꝫo suis ꝓprietatibus vnãquãqꝫ discerni:vt medicina sua singulis ordinetur. ¶ Auicẽna. Et plurimũ quidẽ quartana accidit in successione febriũ putridarũ ꝓpter diuersitatẽ humoꝝ ex quib⁹ gñat̃. Et plurimuꝫ quartane est periodica ꝛ minorat̃ casus quartane inseparabilis. Et saluior quartana est illa que nõ accidit ab apate aut alijs:ꝛ cũ qua nõ est apa splenis:nã hoc multotiens ducit ad hydropisim ꝛ perniciem. Et quartana que salua est:liberat ab egritudinibus malis melãcholicis:sicut epilepsia:melancholia:ꝛ in eo est securitas a spasmo: q̃ñ est humor siccus:ꝛ est ẽm plimum egritudo salua. Et si nõ accidit in ea error:nõ addit supra annũ:ꝛ q̃nqꝫ per

Auicẽna fen p^a quarti canonis.

durat.xij.annis:ꝛ qđ est infra eos. Et que ex ea longa est: perducit ad hydropisim:ꝛ autũnus est inimicus quartane. Et sudoꝛ in quartana est plurimus per cõparationez ad flegmaticã:ꝛ non per cõparationẽ ad alias febꝛes. Et necesse est vt ꝓhibeatur in die paroxismi a comestione:ꝛ precipiat̃ ieiuniũ:ꝛ ꝓhibeat̃ ab aqua frigida illa die. Est enim necessariũ reliqs dieb⁹ vti carne. Et scias ꝙ aq̃ casei est bonũ vehiculũ ei qđ administrat̃ de virtutibus medicinarũ:ꝛ foꝛtasse cõfert administratio ei⁹ solius qñ est caliditas violẽta. Si melãcholia fuerit iuuabit̃ cũ flobotbomia ex basilica:ꝛ hoc genus velociter recipit curationez. Si dederis in potu ante digestionẽ tyriacã:ꝛ similia cõpones quartanã cũ quartana:ꝛ foꝛtasse attrahes egritudines alias ꝛ ꝓpꝛie in hieme. Inquit Galenus sanaui gentẽ plurimã a q̃rtana ita:dedi ei in potu post digestionẽ solutiuũ:deide eis dedi in potu succũ absinthij:ꝛ deide tyriacam.

Isaac li. 5° febrium.

Isaac. Quartana cũ interpolatione intelligit̃ tribus modis scz de re nãli:nõ nãli:ꝛ cõtra naturã. De re naturali sic cognoscit̃:qꝛ plurime accidit:qbus frigida ꝛ sicca dñatur cõplexio:cuius etas est senectus a. xxxvj. vsqz ad.xl.annos:maxime si fuerint calidi ꝛ sicci:vene eoꝛum anguste ꝛ occulte:ꝛ aliqñ fit calidas ꝛ siccas hñtib⁹ cõplexiones ꝛ quoꝝ cõplexiones cal'e fuerint ꝛ sicce accñtal'r: qꝛ grossi chimi si fuerint in coꝛpoꝛe cal'o ꝛ sicco clausi: si moꝛant̃ illi vincunt̃ ex coꝛpoꝛis caloꝛe: coꝛũqz humiditas desiccat̃:ꝛ mutat̃ in cholerã nigraz. De re non nãli sic cognoscit̃.nascit̃ enim tẽpoꝛib⁹ frigidis ꝛ siccis:eis qui frigida ꝛ sicca fuerint regione ꝛ aere simili mõ exñte. De re extra nãz sic cognoscit̃:qꝛ hec febꝛis cũ incipit:magn⁹ patiẽti euenit doloꝛ:ꝛ ossiũ fractura:qꝛ frigiditas ꝛ grossities mãe currit ad mẽbꝛa sensibilia aggrauãs multũ mẽbꝛa frãgit:ꝛ sup ea lõgo moꝛat̃ tpe ꝓpter suã grossitiẽ nõ cito vrit̃:que cũ incipit vri:nimirũ facit calidũz. Sed disturbat coꝛpus ꝓpter mãm nature laboꝛẽ faciẽtẽ:ꝛ aliqñ mã nature dñante gescit infirmus:ꝛ aliqñ moꝛb⁹ prestat nature nocumẽtum:vñ patiẽs molestat̃. Et sicut tertiana ꝓpꝛie facit doloꝛẽ capitis:ꝛ amphimerin⁹ doloꝛẽ stõchi: sic ꝛ quartanã ꝓpꝛie doloꝛ ꝛ duritia splenis ꝯsequit̃ ꝓpꝛie.

Serapio 6° breui, ca. 15.

Serapio. Scias ꝙ febꝛis melãcholica cognoscit̃ ex reb⁹ extra nãm ẜm hũc moduz. Qđ est qꝛ ꝓcedit eam aduent⁹ febꝛiũ erraticarũ ẜm plurimũ:qm̃ humoꝛ faciẽs eã nõ est nisi ex adustione humoꝝ alioꝝ. Et foꝛtasse incipit cũ ledit̃ splen ꝛ non attrahit sicut opz: remanet chol'a nigra ꝛ quãdo multiplicatio fit ex comestionibus que generant choleram nigram:donec generet̃ nigra cholera super illud qđ possibile est spleni mundificare.

Ex traditione auctoꝛum recentium.

Quartana febꝛis fit de melãcholia dura ꝛ grossa respectu alioꝝ humorum:ideo opz medicum in ipsa inuestigare ꝛ cõsiderare quatuoꝛ res:ꝛ ipsas ꝓuidere. Quarum vna est:vt in initio nõ det rẽ multũ calidã:ne calefiat mã ꝛ due febꝛes generent̃:vna acuta ꝛ cõtinua:alia interpolata:quib⁹ virtus patiẽtis deficiat:ꝛ ipse patiẽs subeat periculũ.nã enim nõ est tãte v̾tutis:vt possit moꝛbi acumen eiusqz ꝓlixitatẽ tolerare. Scđa:ne cõsumat ac debile faciat coꝛp⁹:cũ dieta subtili ꝛ nimia abstinẽtia. Nam aliqñ subtilis dieta ducit patientẽ ad ethicã ꝛ ptisim. Tertia ne det refrigeratiua:ne congeletur mã ꝛ coagulet̃ vñ induretur ꝛ moꝛet̃ ad digerendũ ꝛ ad dissoluendũ:fiatqz cã ꝓlixi moꝛbi:ꝛ eius ꝑuersitatis. Quarta ne cõfundat coꝛpus cũ pharmacia:ꝛ maxime in initio moꝛbi pꝛiusq̃ȝ mã moꝛbi digerat̃:ꝛ sit obediẽs actioni nãe. Sed opz medicũ habere studiũ in sua actione:vt donet rẽ maturãtẽ:ꝛ digerẽtem:ꝛ cito eycientẽ:ꝛ ingeniet purgare mãm cũ leui vomitu. Studeat etiã in regimine ꝛ ꝯfoꝛtatiõe epatis ꝛ splenis:qꝛ epar gñat sanguinẽ:ꝛ splen mũdificat eũ. Qđ si defecerit eũqz nõ purificauerit:permanet cõmixtus cũ putridis humoꝛib⁹ vñ putrefit ipse ꝛ incẽdit̃. Splen aũt gatrahit fecẽ ꝛ sanguinis turbiditatẽ:si defecerit:permanet fex in sanguine ꝛ coꝛrũpit̃:vñ idẽ sanguis putrefit ꝛ incẽditur hac de cã. Quidaz dant post tres euones vinũ decoctionis mẽthe:mẽthastri cũ ꝑmixtiõe.ʒ.j. vel.ij. tyriace:ꝛ ʒ.iiij.aque vite:ꝛ hoc per mediã hoꝛã ante accessionem:ꝛ vinũ sit calidũ:ꝛ bene cooperiũt eos: ꝛ sic faciunt ter vel quater:vt videt̃ eis expedire:ꝛ sic eos liberãt vt affirmãt. Quidã idẽ operant̃ cũ aqua vite ꝛ puluere gariofiloꝛuz. Quidã dant vinũ purũ aromaticũ cũ puluere gẽtiane calidũ ꝛ est secretũ. Itez se. ypericonis cũ vino datũ quartanam soluit. Et tu scis ex positis supꝛa ꝙ talia debent dari ante accessionẽ per vnã hoꝛã vel circa. Quidaz ꝓdicatoꝛ quartanarios oẽs curabat cũ hac recepta. ℞. floꝝ boꝛaginis violaꝝ.añ.℥.j.sene thimi epithimi. añ.℥.j.ʃ.mirabolanoꝝ citrinoꝝ reubarbari electi.añ.℥.ʃ.coquẽda coquant̃ vsqz ad quartã.j.ꝛ post colent̃:ꝛ iterũ coquant̃ oĩa:ꝛ redigant̃ ad.℥.ij.in fine decoctionis reubarbaꝝ ponat̃:ꝛ acuat̃ cũ.ʒ.j.esule:dent̃ per vnã hoꝛã ante accessionẽ. Ipse cum hac recepta vt asserebat oẽs curabat. Ista sunt emperica q̃uis materiei mel'ice cõueniãt:ꝛ ipsam euacuent. Digeratur mã pꝛi⁹ cũ oxymelle simplici:postea cuz cõposito. Digerat̃ etiã cũ diasene ꝛ diacalamẽto. Deinde det̃ oxymel squilliticũ. Puluis digerens mel'iaz in quartana. ℞. gentiane enule ireos thimi çinçiberis pyretri eufrasie seminis vꝛtice camedreos memithe fenugreci iuniperi mẽthe gũmi hedere penidiarũ qđ sufficit ad dulcedinẽ in cibis vtat̃. Si sit delicatus euacuet̃ mã cũ tali syrupo laxatiuo. ℞. radicis feniculi petrosilij apij raffani thimi epithimi quercule maioꝛis ꝛ minoꝛis sene polypodij bulliãt in aceto foꝛtissimo ꝛ addito çinçibere fiat syrup⁹:q quolibet die detur cũ aqua cal'a. Uel cũ hac decoctiõe. ℞. feniculi apij petrosilij sparagi brusci cũ seminib⁹ suis:in aq̃ bulliãt ꝛ collature addat̃ puluis lapidis laçuli.ʒ.j.mirabolanoꝝ citri.ʒ.j.ʃ.indoꝝ.ʒ.j.stent in nocte sub diuo:mane colatura det̃ cũ çuc.vel syrupo viol'.ꝑꝑ amaritudinẽ.

De empialis ꝛ lipparijs febꝛibus. Caput. VII.

Ex traditione grecoꝛum ꝛ latinoꝛum.

Fleumatosi humoꝛis est ꝓpꝛie nominata empialis febꝛis:cuz simul febꝛicitant:ꝛ rigent: ꝛ vtrũqz sentiunt vno eodẽqz tpe in omni coꝛpoꝛis parte. Nam acuta pituita:ꝛ que vitreosa dicit̃ absqz febꝛe qdẽ rigoꝛẽ infert. Si v̾o quedaz tabida mediocriter ipsis insita fit:empialũ efficit febꝛem:sin plus putrescat:precedit quidez rigoꝛ:cõsequit̃ v̾o febꝛis exuperata nã excessu caliditatis:vt nõ appareat in excessu ꝛ vigoꝛe paroxismoꝝ: fere etiã vitreosa pituita acutã participat qualitatẽ. Cura v̾o ꝓpe modũ:vt qui amphemerino egrotant magis secantem capiens modum:hoc nãqz obtineat peculiare.

De empialis febribus.

Ex traditione penoꝛum ꝛ arabum.

Empiala est febꝛis ex flegmate vitreo:sz est cõpꝛehẽsuz in occulto ꝓfundo qđ infrigidat̃ vbi est:verũ ipsi iã accidit putredo:quare spargit̃ ex eo vapoꝛ eius:qđ cũ putruit ꝛ dispargit̃ ꝛ inflãmatur in exterioꝛib⁹:ꝛ illud qđ nõ est putrefactũ:ĩfrigidat̃ in ĩterioꝛib⁹. Lipparia est febꝛis in qua occultat̃ caloꝛ:ꝛ appet in ea frigus ꝛ ẜm plurimũ est flegmatica:ꝛ quandoqz est cholerica ex cholera grossa valde. Quomodo erit febꝛis:ꝛ non procedet caliditas ex coꝛde in totum coꝛpus? Respondeo ꝙ attenditur vna conditio:scilicet vt non sit quod pꝛohibeat sicut hic.

Serapio

Serapio. vi. breuiarij ca. xvij.

¶ Serapio. Scias ꝙ flegma vitreū frigidū valde est inter spēs flegmatis. Si aūt putrefit pars eius ⁊ nō putrefit pars: accidit febris que nominatur empialos: ⁊ ipsa quidē facit frigus interius ⁊ exterius calorem. Et febris empialos quidē: hec nō permanet multum: qḋ est: qꝛ fortasse moratur. xx. diebus: ⁊ fortasse addit sup illud parū: ⁊ minuit̃. Et illa que dicitur liparia sicut dictū est a Galeno: est illa in qua infrigidant̃ extremitates mēbrorum: ⁊ qḋ apparet ex corpore: ⁊ aduruntur in ea profundum corporis: ⁊ viscera cū siti vehemēti: ⁊ asperitate lingue: ⁊ pulsus paruus lenis. Et liparia quidē est cōtraria empialos: qḋ est qꝛ frigus in empialos est interius: ⁊ inflāmatio exterius: ⁊ in liparia accidit cōtrarium illius. Et oportet vt solliciti simus in empialos ꝓprie de stomacho. s. cum vomitu ⁊ potibus qui infrigidāt ⁊ mūdificāt stomachū: ⁊ ꝓuocant vrinā: sicut aqua feniculi ⁊ apij cū geleniabin ⁊ secaniabin.

Isaac libro v. febrium.

¶ Isaac. Empialos que de vitreo nascitur flegmate: necesse est vt curetur sicut amphimerina. Sꝫ tamē flegma qḋ est in empialos: qꝛ est frigidius: oportet fieri mām calidiorē ꝫm ꝙ eius materia fuerit frigida. Sed decet ab initio incipi a medicinis que debiliter sunt calefacientes: donec eas natura assuescat. Deinde paulatim ad calidiores accedere: quousqꝫ ad illā caloris quātitatem veniant: in qua nostra fuit intētio. Plurimum ṽo nostra intētio est in hac febre vt mūdificetur stomachus cū re purgatiua ⁊ colatiua. Purget̃ etiā materia per vomitū ⁊ vrinā cū oxymelle: ⁊ aqua calida in qua cocta sint spica anisum ⁊ similia. Qḋ si materia ceperit se mouere: ⁊ signū coctionis in vrina apparuerit: purget̃ cū apozimate de fetida. Clystere fiat eis in quo intrauerit semen croci hortēsis: centaurea: anhetū: abrotanū: herba policaria: ameos bdelliū: serapinū: coloquintida ⁊ his similia. Post purgationē nature hoc assuefaciant antidotū: vbi asa ⁊ castoreū ponunt̃: ⁊ pillulas in qbus eupatoriū: mastix: absinthiū: aristologia rotūda: spica crocus: ⁊ similia intrabunt. Dietam accipiant que sit lauatiua ⁊ diuretica: sicut est ius ciceris cū obsomogaro: cymio ⁊ amygdaleō: blitis: radicibus sparagi: ⁊ porris omnibus coctis ⁊ gobsomogaro cōditis. potēt oxymel squilliticū cū aqua. Accipiant post cibū diacyminū: diatrionpipereon: diacalamētū: ⁊ silia. In liparios aūt: qꝛ materia eius flegma: cū cholera mixtū: dari opꝫ minus calida: ꝙ̄ in empialos sicut mel rof. oxiçacchară: apoçia de aloe ⁊ hierapigra: ⁊ oxyçacchară cū succo maratri: apij: masticis: ⁊ his similibus.

De ... febribus

¶ Ex traditione recentium auctorum. §. III.

Flegmata non naturalia sunt quatuor. vnū dulce. 2m salsum. tertiū acetosum. quartū vitreū. Dulce ṽo vicinū est naturali: sed tñ modicū est calidū ꝓpter suam dulcedinē. Nō enim est aliud nisi sanguis non ꝑfecte coctus: proinde natura cū naturali indiget flegmate: hꝫ dulce vice sanguinis: ⁊ digerit cū sanguine illud: ⁊ emollit cū eo mēbrorū cōcathenatiōes: vt facile moueant̃: facit etiā illud expulsiue virtutis esse materiā. Salsum ṽo ⁊ acetosum sunt in stomacho. Causa enim eorū est: aut enim est calor extraneus complexioni naturali dñans: aut nimia frigiditas: qꝛ flegma naturale ad stomachum veniēs ad augmētādā ⁊ cōfortādā expulsiuam virtutē: si extraneū in stomacho inuenerit calorē calefacit: ⁊ in salsum cōuertitur. Qḋ si extraneā ibi inuenerit frigiditatē: deficit calor naturalis: ⁊ sua augmētatur frigiditas: vnde in acetositatem mutatur. Causa enim salsitudinis duobus est modis: aut est putredo flegma calefaciens naturale: illudqꝫ conuertēs in aciditatē: vnde fit salsum: aut est nimius calor flegmatis humiditatē desiccās: qua de re suā amittēs

Auice... quarti ... nis p...

saporositatem conuertit in salsum. Flegma autē vitreū grossissimū ⁊ viscosissimū est: qꝛ causa eius est nimia frigiditas naturali dñans flegmati vnde ingrossatur: ⁊ fundus eius est quasi liquidū vitrū. Proinde nō ponit illud natura in regimēto corporis ꝓpter eius duritiā actioni nature inobedientē: vnde naturalis calor cū ad illud deuenerit: nequit illud putrefacere: sed partē eius que facilior est putrefacit: ⁊ aliā putrefacere nō valet. Ideoqꝫ in febre empialos interiora corporis sunt calida ⁊ exteriora frigida. Quia parti flegmatis iterius existēti calor extraneus accidit: cui qꝛ ipsa obedierat: putrefacit eā: pars autē corporis exteriora habitās: qm̄ illi nō obedit calori non putrefit: sed in sua cōstat natura: vnde naturaliter generat frigiditatē. Febris aūt liparios causa est cholerica materia incensa mixta cū vitreo flegmate: aut cū melancholica materia: vnde conuertit̃ ⁊ a natura cholere egredit̃.

Digestiuū in empialos.

¶ Digestiuū vsuale in empialos saltē i ꝑncipio. ℞. oxymellis simplicis. ℥. j. ß. rob agreste. ℥. ß. aque buglosse: feniculi: absinthij añ. ℥. j. aromatiça cū cinamomo. Et qꝛ Auicēna laudat vnū solutiuū volo tibi illud hoc loco narrare. ℞. mirabol. citrino. ⁊ nigrorum. añ. ʒ. j. turbith. ʒ. ß. çinçiberis. ℈. ß. infunde in oxymelle simplici per. x. horas: deide addas aq̄ lacti caprax. ℥. iij. ⁊ parꝫ calefiāt: dei de fiat forti expssio ⁊ addas cassie vl' māne. ʒ. vj. ⁊ tribue.

¶ De ethicis febribus. Caput. VIII.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum.

Duplex genus est febrium ethicarum. Naꝫ inter causi species febriles vt multa erumpunt: eousqꝫ extenditur calor vt diuturnitate humorem depascatur ipsius cordis. Qui ṽo manente cordis adhuc humiditate febricitant hinc exuruntur: sicut lucernarū flāma filū incensum conflagrat manēte adhuc in lucerna oleo: atqꝫ hic vnus est ortus. alter autē cum a principio statiꝫ exoritur silis. Effimeris: in merore ⁊ furore: plurimaqꝫ mentis agitatione: ⁊ labore plurimo exestuans erumpit. Ethica enim febris nominatur cum in tantam immoderantiam contra naturam peruenit febris vt in habitu solide essentie sit similium partiū corporis cor ipsum. Ob hoc difficulter hec constructio dissoluitur. Primū nāqꝫ liquefacit ⁊ exiccat: ⁊ absumit que aduersatur nature caliditas essentiam veluti humore compactā in membris cuiusmodi est adeps ⁊ caro. Inde suam absumit humiditatē qua corpora nutriuntur: que diffunditur ⁊ dispargit̃ in roris modū in omnes animalis partes: hinc transcēdit in corpulentū genus inter ines ⁊ tuniculosas partes corporū solidorū: quas coquēdo discerpendo ines abyciūt. Integrū ṽo complementi in solida essentia partiū consimiliū efficit̃ aridior: que febris ēt marasmodes vt si deflorescēs flauescensue dicat̃. Has igit̃ febres haud quaꝙ̄ difficulter curaueris: at ex ipsis in marasmū ꝑuenientes medicari haud quaꝙ̄ possis. Nā nāqꝫ ipsorū est calida ⁊ arida patiēte ꝓpemodū corde: qḋ in lucerna cōflagrans filū: qḋ cum plurimū exustum fuerit dissoluitur: si parum des olei flāma magis incēdit̃ quoad extinguat̃. Hec plane febris cognitu expeditissima est: ꝑus. n. ꝙ̄ cōflagrent pulsus imoderatas tibi licebit cauitates intueri tanꝙ̄ in foueis demersos oculos lipitudineſqꝫ ꝑ sese illatas aridas ⁊ quādā squalētē affectionē: quēadmodū multo affecti puluere: q aliquādiu fuere sub sole ꝑpetuo: obliterauit aūt ipsorū etiā coloris vitalē florem: cuteqꝫ arentē fecit que circa frontē extēditur. cilia tanꝙ̄ somniculosorū intumescūt: estqꝫ nō somnus languor: sed vigilandi nulla potestas: ꝯcidūtqꝫ tēpora: vt in ipsis caue appeant ꝑtes: nēpe nil aliud ꝙ̄ ossa pellisqꝫ est corpus vniuersū:

vt si nudos intueare: vētrēqȝ spectes putes in eo nulla ite/
stina nulla esse viscera: hypocūdrion valde a thorace re/
uulsum cutēqȝ totā inaruisse exiccatāqȝ putes: ac si digi/
tis capiēdo distēdas tanq̄ȝ coriū sistat. Quare sincera fe/
bris marasmodes: vt iaȝ dictū incurabilis est. Uniuersuȝ
nāqȝ in ipsis deflorescit corpus: ferme vt postremo exa/
rescit: aut ꝓpinqua flāma: aut vehemēti imoderatoqȝ sq̄/
lore. Tale nāqȝ corpꝰ euadit per nāȝ absqȝ febri in extre
mā ꝓuenientiū senectutē: pedepressim agnata euanescēte
caliditate: verū per nām senescentiū mors nā suapte sine
molestia est in frigiditate ariditateqȝ cōsistēs. Ad id gdē
curari nō pōt. Uerꝝ febriū cunctarū ethicarꝝ cōmune est:
enerues fractosqȝ eque in toto corpore esse a pͥmordio ad
extremū vsqȝ spirituȝ. Maxima quoqȝ ⁊ indubitata co/
gnitio nāe ipsius sit homini ingesto nutrimento ꝙ calor
incēdit: pulsus capit incremētū: ac celerior fit: vt his ꝓpe/
modum eueniat: vt in calce saxisqȝ exustis: in que si frigi/
dissimā infundas aquā: multo calidiora euadunt vapida
in his caliditate ab humida aspersa essentia: quoad igitur
essentie humide qppiam modo custodiet ethica dūtaxat
est febris. Cū vero in periculū ventū fuerit: nihil hꝫ supesse
humiditas sincerus iam marasmus ꝯsistit. Frigefacimus
quoquo modo ethicas febres: statiȝ prius q̄ȝ in marasmū
perficiēdū deueniāt. Sine ꝯtrouersia vero humida ⁊ frigi
da nutrimēta esse ꝯuenit: que vtilia futura sint ethicis fe/
bribus: quo aūt ethicarꝝ febriū calor fuerit intēsior: tanto
etiā frigidiora cōuenit esse adminicula: plus q̄ȝ examinis
adhibere: ne forte detrimētū aliqđ cōsequat: si validiori/
bus vsi fuerimus adminiculis prodesse cupientes.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. .§. II.

Rasis lib. x. ad almāsorē.

Cum febris tribus diebus aut amplius permāserit nec se mouerit: nec calor eius: nec inflāmatio vehemens fuerit: nec accidētia: que febres acutas comitari cōsue/
uerūt: cū ea affuerint: vt est pulsus magnitudo: ⁊ calidita/
tis: ⁊ ingetudinis vehemētia: ⁊ anxietas: ⁊ lingue siccitas:
atqȝ eius nigredo: ipsa tñ sic vno modo ꝑseuerauerit: nec
pōt in ea deprehendi dimissio aliq̄: nec paroxismus: pͥter
hec etiā ipsa inuenit qeta: ⁊ quasi tepida: tūc ethica adesse
credit. Est itaqȝ ipsius veritas sic experiēda. Egro vt in di
uersis comedat horis: est pͥcipiendū. Qđ si inuētus fuerit
semper post comestionē a febre magis infestari: ethicam
ꝓculdubio esse ꝓnūciādū est. Qđ si cū hoc esset facies eiꝰ
iam extenuata ⁊ oculi concaui: ⁊ caro iminuta: atqȝ cutis
desiccata fuerit: ethica iam nō est in eo in pͥncipio: imo in
ipso cōfirmata est: ⁊ oꝑata: ⁊ diu est ex quo ipsum inuasit.
Hec aūt febris in pͥncipio sui cū nondū: scȝ ad ariditatem
peruenit curabilis est. Ptisis itaqȝ signa cognoscēda sūt:
vt dum aliqs de egri sanitate cōfidit ad eandē curandam
ꝓperet. Dicemus igit ꝙ cuius quidē ethica in ptisim trā/
sit: tēpora vehemēter plana fiunt: ⁊ oculi cōcauant: ⁊ na/
res subtiliant: ⁊ fiūt tornalitates: ⁊ aures minorant: ⁊ earꝝ
corpꝰ subtiliat: faciei quoqȝ ac frōtis tēdit cutis: ac si eēt
coriū qđ suꝑ ossa faciei desiccatū foret: ⁊ totuȝ corpus: silr
a carne nudū existit. Collū pͥterea tenue fit: ⁊ epiglotis fo/
ris ꝓminet. Cūqȝ pectoris ossa tactu aut visu cōsiderata
fuerint: vnūqđqȝ eorꝝ cum suis extremitatibus notari po
terit: ⁊ postremo corpus nō videt nisi coriū ⁊ ossa. Eiusqȝ
vox exilis audit ⁊ debilis: ⁊ virtus omnino destructa vide/
tur: ⁊ pulsus subtilis: ⁊ debilis: ⁊ cū hoc ēt durus. Chorde
quoqȝ manifeste apparēt: q̄ȝ caro dissoluta est: ⁊ vene silr:
⁊ cū hoc a sanguine vacue: neqȝ earꝝ cōcauitas magna rei
capax existit. Pulchritudo quoqȝ atqȝ claritas ab ipsius
corpore oino recesserūt: ⁊ cutis desiccata est: ⁊ cuti existētis
in senio silis facta est. Uenter etiā eius attenuat ⁊ debili/
tatur donec videat acsi costis adhereat: ⁊ ꝙ nihil in se cō
tineat. Myrach pͥterea vētris intantū subtiliat: vt non vi
deat esse nisi solūmodo coriū ⁊ pͥter hoc spasmat ⁊ desic/
catur. Ossa quoqȝ raschete ⁊ pectinis manuū plerūqȝ ap
parēt: ⁊ vngues curuant. Cū vero capilli cadūt alicui: ⁊ vē/
ter soluit: mors ei ꝓpinqua est. ¶ Isaac. Dicamus prius

Isaac lib. febrium.

q̄ȝ de ethica ⁊ ptisi disputemus ptisim esse corporis humi
ditatis ꝯsumptionē: que vel est nālis: vel nō nālis. Natu/
ralis sicut patiunt senes ⁊ decrepiti: cū nālis eorꝝ vtus in
digerēdis cibis: ⁊ in humiditate nutritiua attrahēda defi/
cit: vt restauret corporis humiditas: que per fumū ⁊ sudo
rem dissoluta est. Hec est causa ꝯsumptionis decrepitorꝝ
corporꝝ. Arborꝝ vero ⁊ terrenascentiū cōsumptio tribꝰ mo
dis fit. Unus nimiꝰ calor est subalez humiditatē desiccās:
sicut calor solis facit in estate. Scđs humorꝝ nutriētiū est
ablatio: sicut fit in hieme nō pluuiosa. Tertius humorum
nutritiuorꝝ est corruptio: ⁊ eorꝝ ad malas qualitates ꝑmu
tatio: sicut ad nitrositatē: sulphureitatē: aluminositatem: ⁊
silia. Sic ⁊ in humanis corporibꝰ ꝯtingit. Cōsumit enim
ablatis humoribꝰ ea nutriētibus. Natura in digerēdo ci/
bo ꝓut opȝ deficiēte: nec mēbra que dissoluta sunt: restau
rare valēte: sicut senibus euenire diximus: vñ antiqui hāc
speciē ptisis decrepitā vocauerūt. Corpus etiā calore ex/
traneo corpori dñante: ⁊ substātialē humiditatē desiccāte
cōsumit: sicut fit causa acutarū egritudinū eā pͥcedentiuȝ.
Silr de angustia ⁊ diuturna tristitia. Preterea corpꝰ alr
cōsumit cū sanguis corporis nutritiuus: ⁊ a sua dulcedine
⁊ saporositate mutat: queadmodū ꝓpter diuturnā egritu
dinem mutat: q̄ȝ in diuturna egritudine sanguis corrūpi/
tur: ⁊ ꝓpriū ꝑdit saporē vnde a mēbrorꝝ nā odio tenetur:
neqȝ ex eo nutriunt. Mēbra ergo nutrimēto carentia in/
frigidant desiccant ⁊ cōsumunt: q̄ȝ nō nutriunt. Infrigi/
dant q̄ȝ sanguine qui est cali. ⁊ humi. cessante necesse est
mēbra infrigident: que solebāt ex sanguine calefieri. Qđ
si nos reprehēdant dicētes: q̄re antiq dicūt seniores sicca
hre corpora: cū sensus mōstret ꝯriū. Inuenimꝰ eniȝ senio/
res maioris esse humiditatis q̄ȝ iuuenes. Respōdebimꝰ
ꝙ humiditas decrepitorꝝ fit accidētalr ꝓpter defectū ca
loris nālis eorꝝ cibaria ꝓut opȝ: digerere nequeūtis: ⁊ ꝑꝑ
debilitatē mēbrorꝝ tertie digōnis suꝑfluitatem expellere
nō valentiū: qđ testant hydropici. Corpora enim eorum
sunt plene carne aq̄: mēbra tñ hñt macilenta ⁊ ꝯsumpta.
Non nālis itaqȝ cōsumptio duobꝰ modis est: aut cum fe/
bre: aut sine febre. Sine febre aut est cali. aut frigi. Frigi/
di vero cōsumit corpꝰ vel ꝓpter diuturna aꝑata: vel ꝓpter
alios diuturnos morbos. Hi enim morbi: q̄ȝ sunt diutur/
ni: nimiū de subali corporis humiditate dissoluūt: vñ ifri/
gidato corpore: virtus digestiua deficit. Ideoqȝ cibaria
cruda ac indigesta ꝑmanēt. Qđ cū ita sit: membra corꝑis
abhorrēt ea neqȝ ex eis nutriunt. Quā quidē molestiam
patiētes: pulsuȝ habēt debilē: tardū ⁊ strictū: vrinā crudā
albā ⁊ subtilē. Pulsus est debilis ex dissolutione virtutis
ꝓpter egritudinis diuturnitateȝ. Tardus ꝓpter caloris
nālis defectionē: suiqȝ cōgelationē. Cruditas vrine est ꝑꝑ
frigiditatē cōplōni corꝑis dñantē: ⁊ ꝓpter nālē calorē in
loco coctionis deficiētē. Subtilitas ⁊ claritas sunt ꝓpter
corꝑis siccitatē: ⁊ ꝓpter nālis humiditatis indigētiā. Con
sumptio que est calida ⁊ sine febre: fit ꝓpter calidos chi/
mos cordi oppositos: quorꝝ fumus ad cor ascēdēs mutat
eius cōplexionē: eiqȝ accidētalē pͥstat calorē: vñ sanguis
corrūpit: ⁊ ꝓpria eius saporositas mutatur: ⁊ mēbra eum
odientia: nec ab eo nutrita cōsumunt. Uñ Hal. vidi ingt
hūc chimū sensualr: volēs eñi corporis interiora ꝑscruta/
ri sicut stōchuȝ intestina: ⁊ silia: ⁊ precepi in spacioso loco
symiam poni: ⁊ sepe perquiri vt qualiter corpus eius ꝯsu/
meretur

meretur cognoscerem. Tandem per medium diuidens eam inueni ad cor eius humores corruptos: quorũ fumũ ad cor ascendisse: ꝛ suã complexionẽ corrupisse credidi. Quocirca antiqui hãc cõsumptionẽ ptisim decrepitam vocauerunt: ꝛ sic est de ptisi naturali ꝛ non naturali.

¶ Ex traditione neotericoꝝ seu nouitioꝝ auctoꝝ. §. III.

ALiquando ptisis cum febre fit: ꝛ hoc duobus modis: teste Salomonis filio: aut ipsa ꝑ se est morbꝰ: aut ꝓpter aliud. Que ꝟo per se est morbus fit ex rebꝰ calefaciẽtibus ꝛ desiccãtibus: plurimũ tñ eius cã est effimera maxĩe si ꝓpter exercitia aĩe fiũt: sicut ꝓpter vigilias: cogitationes: tristitiã angustiã: legere: ꝛ inuestigare. ex oĩbus enĩ istis animalis spiritus fatigatur: ꝛ etiã spiritualis ꝛ accidentalẽ accipiũt calorẽ. Qui calor cũ morabit̃: substantialẽ desiccat humiditatẽ: ꝛ ꝯsumit maxime si corꝑa fuerint preꝑata: sicut sunt calidã ꝛ siccã complexionẽ habentes: macilẽti stricta habẽtes pectora: ꝛ capita spatularum foris exeũtia sicut auiũ ale: in etate stantes iuuenili videlicet que est a. xviij. annis vsq; ad. xxxv. precipue si estas fuerit: vel calidus aer: aut regio calida. Nõnunq̃ʒ ẽt fit ꝓpter corporea exercitia: sicut est ꝓpter eq̃tare: aliosue labores facere: aut ꝓpter calida cibaria: potuʒ ꝛ medicinam. Ptisis ꝟo que est cũ febre: fitq; ꝓpter aliũ morbũ: est quatuor modis. Quia aut est de effimera que morat̃ in corpore: ꝛ ꝓpriũ terminũ trãsit ꝛ sanguinem calefacit. Aut est ꝓpter acutã febrẽ cũ calefacit ꝛ extenuat sanguinem: ꝛ dominãs substantialẽ cõsumit humiditatem. Aut est ꝓpter febres putredinis cũ cõmiscent̃ ꝛ suas mutant interpolationes. Aut est ꝓpter diuturnas egritudĩes cõsumentes mẽbrorũ humiditates: sicut contingit ex tussi: dolore pectoris: pulmonis diafragmatis: renũ ꝛ ylij dolore qui est de calore ꝛ de omnibus apostematibꝰ: que sunt prolixa corpus calefaciẽtia ꝛ ꝯsumẽtia. Humores in corporibus nostris sunt quatuor. Unus est in vasis sanguineus. videlicet humor in venis existens: sicut humiditas arborũ terreq; nascẽtiũ permanẽs in summitatibus eoꝝ ꝛ circa: ꝛ velut humiditas in ramis vitis existens. Scẽs est humiditas que est in mẽbrorũ cõcauitate: in q̃bus natura nõdũ tertiã perfecit digestionẽ: nec eaʒ mẽbris assimilauit: sicut aquosa humiditas que est in arboribꝰ ꝛ terre nascẽtibus: ꝛ velut humiditas que est in frumento ꝛ in vuis nõduʒ maturis. Tertius est humiditas mẽbrorum quã natura incepit oꝑari: sʒ tñ nõdũ coagulauit neq; ꝑfecit eã: sicut caro tenera que nõ est mẽbris assimilata: ꝛ sic hũiditas frumenti que cepit coagulari ꝛ saporifera fieri: mollis tñ adhuc ꝑmanet: ꝛ sicut humiditas vue cogulari ꝛ dulcis fieri incipiẽs: sʒ tñ nõdũ est desiccata nec ad duriciẽ ꝯuersa. Quartus est humiditas mẽbra regens ꝛ custodiẽs sicut humiditas in mẽbris coagulata: ꝛ ad ea cõuersa: ꝛ cũ mẽbris vnũ effecta: ꝛ velut humiditas frumẽti coagulata: ꝛ substãtie frumẽti assimilata: illud ne putrefiat custodiẽs ꝛ sicut humiditas vuarũ passarũ substantiam earũ ne putrefiat obseruãs. Igit̃ q̃ corporea humiditas quadruplex est: nec̃io spẽs ethice tres sunt. Una est humiditas in mẽbrorũ cõcauitate ꝑmanẽs: in qua nã nõdũ tertiã digestionẽ operata est: nec mẽbris eã assimilauit. Scẽa est mẽbrorũ humiditas quã oꝑari natura incepit: ꝛ tñ nõ coagulauit: neq; eã perfecit. Tertia substantialis est humiditas: qua regunt̃ ꝛ custodiunt̃ membra. Causa prima est hec: humiditas enĩ sanguinis si augmẽtet̃ ꝛ naturã exuperet: odio tenebit̃: nec ab ea reget̃: nec mũdificabitur: que amplius morãs maxime bulliẽs calefit ꝛ putrefit ex corporis calore: ꝛ febris putrida ħʒ suã materiã intra vasa generabitur. Quod si non augmẽtet̃: nec a natura dimittat̃: sed solũ ꝓpter id qð in effimera diximus calefiat: ꝛ calor vsq; ad mundificãdũ sanguinẽ qui est in arteria deueniat coniũget̃: ꝛ cũ eo cõfortabit̃: ꝛ venarũ ꝛ arteriarũ substantiã calefaciens: calor etiã vsq; ad humiditatẽ in raritate mẽbrorũ permanẽtẽ accedet: ꝛ eius vnctuositatẽ desiccabit. Que q̃ vnctuositatẽ ꝛ saporem amisit: merito a mẽbris non suscipit̃. Mẽbra ergo nutrimẽto carẽtia cõsument̃: ꝛ hec est prima spẽs ethice. Proinde hec species ad curanduʒ facilis est: si patiẽs sapientis manũ incidat. Medicus ꝟo si incipiat vehemẽter corporis calorẽ extinguere cũ frigidis ꝛ hũidis: sicut cibo ꝛ potu aere odore ꝛ similibus: citissime calorẽ extinguet: ꝛ infirmũ sanabit. Cui nisi succurrat̃: ꝛ calor in corpore sic permanẽs ꝛ augmẽtatus ꝛ vsq; ad humiditateʒ mẽbrorum: que coagulationi est vicina deueniat: eorũq; desiccet vnctuositatẽ ꝛ saporositatẽ: mẽbris nõ assimilat̃ ipsis eã odiẽtibus: vñ cõsumptio ꝛ siccitas eorũ augmẽtata fiet: ꝛ hec est scẽa spẽs ethice: que molesta est ad curandũ. Qð si calor magis augmẽtet̃: ꝛ substãtiali mẽbrorũ humiditati dominet̃: ꝛ eã desiccet: ꝛ veniẽs ad humiditatẽ mẽbrorũ que fuerat cũ eis ab initio cõpositionis: desiccet eã: fit tertia spẽs ethice: que est ĩcurabilis. Calor eniʒ extraneus humiditatẽ mẽbra custodiẽtẽ desiccabit: oꝑans in ea: sicut calor solis in lapide ꝛ ligno oꝑat̃. Calor eniʒ solis in lõgo tꝑe lapidũ ꝛ lignorũ humiditatẽ desiccat: ꝛ eoꝝ iũcturas seꝑat: ꝛ ea q̃si cinerẽ facit. Causa est: q̃ lapis ꝛ lignũ sunt de q̃tuor elemẽtis cõposita: ꝓinde calor in eis hec oꝑat̃: qð testatur actio ignis in lapide. desiccat enĩ ꝛ ad calcẽ illũ ꝯuertit. Est ergo possibile vt simili modo operet̃ calor solis in longo tꝑe. Nulla enĩ est dr̃ia inter calorem solis ꝛ ignis: nisi q̃ ignis velociter: iste ꝟo tarde oꝑat̃. Possumus ergo intelligere ꝙ lapis substantialẽ hʒ humiditatẽ: cũ arbores ꝛ herbe in mõtibus ꝛ lapidibus oriant̃: que si humores nõ haberẽt: nutriri ꝛ augmẽtari minime possent.

¶ Quãtũ ad curaʒ ethice. Syrupi simplices in ethica cõuenientes sunt syrupus de pomis: de ꝑsicis: de succo acetose: de succo endiuie: cucurbite: de prunis: de granatis dulcibus ꝛ acetosis: de acetositate citri: ꝛ maxime si hi syrupi cũ aqua lactuce ꝛ cucurbite violarũ endiuie fuerint admixti ad ipsoꝝ cõtẽperandã siccitatẽ.

Cura in ethica febre. Simplices syrupi.

¶ Ex cõpositis ꝯueniẽtibus habemꝰ syrupũ de papauere factũ cũ çuccharo solũ: ꝛ nõ cũ penidijs: syrupũ de portulaca factũ sine aceto: syrupũ violatũ: syrupũ de iuiubis.

Syrupi cõpositi.

¶ Uel facias talẽ syrupũ magistralẽ. ℞. duas vel tres testudines nemorales in feruẽti aqua bene lotas suis abscissis extremitatibꝰ: ꝛ eas debite coque: quo facto accipe pulpas ꝛ eas in mortario bñ cõtere: quas in vase vitreo bene recõde: deinde accipe succi liq̃ritie: gũmi arabici dragagãti: se. papaueris albi: lactuce: portulace: malue: ꝛ quatuor seminũ frigidorũ maiorũ añ. ℥. ß. se. cydonioꝝ: se. bõbacis añ. ʒ. vj. passularũ enucleataꝝ mũdatarũ sebestẽ: berberis añ. ℥. ß. spodij. ʒ. iij. rosaꝝ: violarũ: ordei excorticati: capillorũ vene. boraginis. buglosse añ. M. j. cõtũdant̃ ꝛ ponant̃ cũ carnibus illis suꝑ quas proijce tres pintas aque fontis: deinde vas cũ argilla vł pasta diligenter obturet̃ vt nequeat expirare: ꝛ vsq; ad tertie ꝑtis cõsumptionẽ in alio vase aqua pleno bulliat: demũ totũ extrahat̃ ꝛ fortiter exprimat̃: ꝛ cũ tali expssione in libris. iiij. çucchari fiat syrupus.

Magistralis syrupus.

¶ Cõueniẽs mixtura in hoc casu est talis. ℞. cõserue viol. buglos. añ. ʒ. ij. cõserue boraginis ꝛ floruʒ nenupharis añ. ʒ. j. ß. çucchari albi. ℥. ij. margaritarũ. ℈. ij. fragmentorum saphyri smaragdi hiacynthi granati rubini añ. ℈. j. pãnoruʒ auri numero. ij. fiat mixtura ꝛ deauret̃.

Mixtura cõueniens.

¶ Ex cõfectionibus in hoc casu ꝯueniẽtibus solidis cõueniũt manuschristi cum

Cõfectiones solide.

perlis factum cū aqua violarū: diapapauer: diarodō abbatis: diadragantū frigidū. Trocisci huic ꝓposito ꝑtinētes sunt trocisci de cāphora: ⁊ sunt Auicēne. ℞. spodij boli armeni añ. ℥. ß. rosarꝝ. ʒ. vj. carabe se. portulace cucurbite vel cucumeris añ. ℥. ij. fiāt trocisci cū mucilagine psilij vel dragagāti. ¶ Electuariū quo vtunt̃ reges ⁊ est mirabile in hoc casu: qꝛ alteratiuū ⁊ maxime resumptiuū. Accipe. ij. vel. iij. testudines nemorales ⁊ abscissis pedibus ⁊ capite amotisqꝫ visceribus ac testa debite lauent̃: deinde decoqui facias in aquā viol. vel rosarū. quo facto accipe de pulpis lib. ß. quas cū cultello minutiꝫ incide: ⁊ postea in mortario vltimata cōtritione terantur: vel potius in mola in qua synapis terit̃: perprius tñ bene lota addēdo de brodio sic vt melius cōteri possint: vel de aqua rosarū vel violarū: deinde accipe. iiij. se. cōium añ. ℥. ß. se. lactuce se. endiuie se. portulace se. papaueris albi añ. ʒ. j. ista fortiter pistētur: supraqꝫ ꝓyciat̃ parū brodij vel aquarꝝ predictarū: ⁊ colētur ex his vltimatā expressionē faciendo: quo facto accipe amigdalarū dulciū mūdatarū. ʒ. vj. granorū pini. ℥. ß. fisticorū. ʒ. iij. ista vltima cōtritione terantur: ⁊ cū expressione suprascripta fiat lac: cū quo dissolue çucchari albi lib. j. ß. addēdo de brodio testudinis si opus fuerit: deinde coquat̃: cū coctū fuerit ⁊ incipit infrigidari: adde carnes illas cōtusas: ⁊ illas cuꝫ çucchbaro illo in caçiola ⁊ mortario debite misce. Ultio adde pulueres infrascriptos. ℞. gūmi arabici: dragagāti añ. ʒ. j. ß. margaritarꝝ triasan. añ. ʒ. ß. corallorū rub. ℈. iiij. cinamomi. ʒ. j. ⁊ fiat puluis: ⁊ si adderes. ℥. ß. succi liquiritie melius esset: sed electuariū non esset ita delectabile. Posses hoc electuariū cū gallinarū fasianorū caponū vel perdicum pulpis conficere: de quibus fac vt de testudinū carnibus: sed testudinis caro ꝑualet in isto casu. De his que ad extra conueniunt sunt balnea: vnctiones: epithimata: odoramenta: que ob breuitatem doctis relinquo.

Electuarium regū ⁊ mirabile ethica se.

¶ De febre sanguinea. Caput. IX.

¶ Ex traditione grecorum ⁊ latinorum. §. j.

Hec sūt vba Galeni in li. feb. ad glauconē. disti. ij. cap. j.

Nunc vero (ait Galen⁹ in libro febriū ad Glauconeꝫ) incipiam⁹ dicere de acutis febribus ⁊ periculosis synochis: que nō habēt anesim: idest declinationē induciarū: sed in vno eodēqꝫ motu ꝑseuerāt: aut in peius crescēdo: nō deficiunt ante creticū diē: idest ante. iij. diem: vel. iiij. aut. v. aut. vj. aut. ix. aut. xj. aut. xiij. aut. xiiij. aut vt satis. xvij. qꝛ difficile est vt ad decimūnonum aut ad vigesimū diē perueniētes isti crisim non faciant: aut vite: aut mortis: aut eniꝫ istis taliter febriētib⁹. aut vincit aut vincitur pugnādo sisis. i. corporis natura. Et hoc maxime in istis febrib⁹ synochis tā acutis ⁊ asperis artifices medici ꝓbant̃: periti autem arte medicine: medicinalibusqꝫ beneficijs armati succurrāt: ⁊ auxilient̃ anteqꝫ laxet̃ ⁊ vincat̃ cōtinuis febribus repugnādo nā. Synochū autē sic cognoscis. primū quidē si in. xxiiij. horis diei ⁊ noctis nō faciat anesim idest declinationeꝫ nec desinit: sed in eodē motu permanet: aut magis inuenitur acrior. Et si inequalē: ⁊ turbulētū augmentū fecerit: scito longinquiorē febrē futurā ⁊ non sine periculo. Synochi tres sunt species: idest omotenus qui est maior: ⁊ augmasticus que scdo loco ponim⁹. tertio vero epagmasticus dr̄: quorū quidē signa ⁊ curationes eorū sigillatim exponā. Inter synecim autē ⁊ synochum hec habetur distantia: ⁊ quāuis sit eis apertissima similitudo: tamē inter eos ita separatur atqꝫ distinguit̃ intellectus: nā synochus non hꝫ anesim: sed magis augmētatur. Synesis vero dum simili egritudine retineat caput: vnde tñ ⁊ si nō plene mūdarū habet horarū remissionem. Naꝫ synochus ex sanguine ⁊ felle ruffo cōmixtus nascitur. Synecis vero ex fellis ruffi abūdantia cōcreat̃. Que quidē simili modo vt synochus causon curari dꝫ: maxime flobothomo: si tñ etas aut tp̄s: aut fortitudo permiserit: aut si nō ecōtrario aliud occurrat qd̄ prohibeat: ⁊ quāuis tempore isto ratio in omnibus supradictis flobothomum adhiberi prohibeat: tamen ⁊ pro cā faciēdū est ei cubiculū: ⁊ p tp̄e: ꝑparatū si etas: aut fortitudo ꝑmittat: ita vt medietas sanguinis deducatur.

¶ Ex traditione penorum ⁊ arabum. §. ij.

Isaac li. viatici. c.

Nascitur febris cōtinua de puro sanguine cū intra vasa: non tñ putrescens calefiat. Et huic ꝓprium est inflare: qꝛ de puro sanguie nascitur: cuius in corde ⁊ pulmone plurima est virtus: vñ calor inflatiuus ista febris ab antiqs vocatur: qꝛ calor pectoris siue pulmonis est causa sue inflationis. Differt auteꝫ nascens de sanguinis putredine: ⁊ que nascit̃ de eiusdem ebullitione: qꝛ prioris febris fetet vrina: pulsus est diuersus: qꝛ cōstringi se vult magis ⁊ sepius qꝫ dilatari ꝓpter festinantiā nature in expellēdam superfluitatē vel fumosam putredinem. Altera nulla hꝫ: huiusmodi accidētia: qꝛ signa ꝑueniunt eā futurā ꝓnūciatiua anteqꝫ appareat: scꝫ fatigatio grauitas mēbrorū: plenitudo eorū: rubor caloris: calor supficiei corporis. Hec autē signa sequūtur eā: dolor capitis: incēsio: grauitas sui: tumor tēporū: egressio oculorum: paruitas sitis: ⁊ stupor assiduus: imaginatio ruffa añ oculos: pulsus velox ⁊ fortis: vrina rubicūda. Plurimū hāc sequuntur variole: que cū sint oportet ante statuꝫ morbi de virtute infirmi perquiri: ⁊ etate: atqꝫ cōplexione: aere: cōsuetudine: que si cōueniant: ⁊ virtus maxime flobothomādus est infirmus de sanguine quātū sufficit auferat̃. Si aūt morbi initiuꝫ propter nimiū sit cibū quē comederat infirmus: ⁊ adhuc in ventre sit coadunatus: oportet vt in die secūda vel altera suspēdat̃ flobothomia quatenus in digerendo cibo confortet̃ natura ⁊ a ventre excludat: qd̄ si nō fiat naturaliter: faciamus artificialiter. Si aūt nulla horū particularium cōueniāt signa: nisi virtus sola: scarificemus ⁊ nō flobothomemus: oibus vero alijs cōgruētibus: sola tamē virtute dissonāte: neqꝫ flobothomari: neqꝫ scarificari est necesse: qꝛ virtus sola semp morbo repugnat: vñ semper est inuestigāda ⁊ obseruāda cōfortāda quoqꝫ coadiuuāda pro posse nostro. Si vero obuiet̃ flobothomie ꝗbusdā ex causis quas debem⁹ dicere: caueat̃ maxime in statu: vel in augmētatione: etsi virtus videatur congruere. In his enim duobus tēporibus virtuti nō confidimus adeo laborāti in morbi repugnationibus: oportet ergo extinguere calorē ⁊ acumē sanguinis cū psillio: succo maligranati: syrupo violato syrupo de prunis: qꝛ si egestio obuiet erit humectanda cū oxyfenicia: cassiafistula: viol. māna ⁊ similibus.

Isaac lib. febrium.

¶ Rasis. Incipit calida sine tremore: ⁊ rubēt cū ea facies ⁊ oculi valde: ⁊ cōstringit̃ anhelitus: ⁊ tactus eius sicut tactus balneati: ⁊ fuit regimē cū eis que ꝑcesserunt. regimē multiplicatiuū sanguinis ⁊ est ante cōmotionem eius grauitas in corpore: ⁊ additio in somno: ⁊ pulsus est cū ea magnus ⁊ plenus: ⁊ vrina est rubea ⁊ spissa. Et cura eius est vt succurras ei in principio rei: ⁊ anteqꝫ virtus cadat valde cū flobothomia: ⁊ dimitte sanguineꝫ currere donec egro supueniat syncopis: ⁊ si fuerit debilis: ciba ipsuꝫ medulla panis cuꝫ aqua granati muçi ⁊ aqua agreste: deinde dimitte eū: ⁊ ad vltimū non dimittas qn precedat egressio sanguis vsqꝫ ad syncopiꝫ: ⁊ post illud da ei in potu aquā granati muçi: ⁊ ciba ipsuꝫ aqua ordei: ⁊ rege ipsuꝫ regimine habētiū causon febrē: sꝫ sit cuꝫ extinctione minori. Et si tardatur flobothomia in dispōne sua: stude ad dādū illi in potu aquā frigidā plurimam: ⁊

Rasis diuisio. cxlix.

da ei

da ei in potu ex illa vsquequoqz satietur aut infrigidetur ⁊ tremat. Si ergo declinat iam sufficit tibi: ⁊ si redit: ⁊ tu itera vsquequo declinet: ⁊ fiat febris leuis adherēs: ⁊ tūc quidem rege ipsum regimine febris flegmatice: hoc eniz regimen confert in hac febre: ⁊ ego iam expertus sum ⁊ probaui ipsum: ⁊ liberata per ipsum genus plurima que erat iuxta mortem a timore magno. Non sis ergo piger in dando in potu aquam frigidam cum vehemēs est necessitas: nec dimittas eam nisi quādo hec febris synocha est ex apostemate in stomacho: aut in epate: aut matrice: aut renibus: aut vesica: aut diafragmate ⁊ pulmone: ⁊ proprie in diafragmate ⁊ pulmone ⁊ pectore. ℂ Rasis. x. ad almansorem capi. vj. Synochus tres habet species. Una est in qua a sui principio non cessat augmētari malitia vsquequo veniat crisis: aut eger moriatur. Alia vero est que semper in vna moratur dispositione. Tertia quoqz est que quotidie a sui principio minuitur. Illa autez que semper augetur plus indiget munitione q̄ alie: postq̄ ea que vnius est tenoris, secundo eget: lz etiam tertia ea non sit priuanda. Ille tamen due plus indigent: ⁊ precipue ea que est cum augmento semper. ℂ Auicēna. Intētio in curatione febris sanguinis est euacuatio plīmi vsqz ad syncopim. Et ingrossatio substantie sanguinis si fuerit subtilis valde aquosus ⁊ cholericus. Et infrigidatio eius ⁊ mūdificatio ⁊ subtiliatio ipsius si fuerit grossus: ⁊ sumpserit eger prius generatiua sanguinis grossi: ⁊ generatiua humoris crudi. Et digestio materiei facientis febrem ⁊ eius resolutio. Euacuatio autez non est aliqua sicut flobothomia ex manu in quacūqz hora accidat. Et non expectatur crisis: neqz digestio nisi sit repletio nauseatiua: tunc enim caue eam ⁊ remoue ipsam. Qr si febris perseuerauerit: tunc flobothoma. Et non cesses flobothomare donec eger appropinquet syncopi aut cadat in syncopim si corpus fuerit forte. Syncopis enim infrigidat cōplexionem fortem. ℂ Isaac. Quia hec febris fit de putrido sanguine in vasis: decet flobothomari: priusq̄ nō putrefactus sanguis putrefiat: prius tamē consideratis virtute: etate: tempore: regione: ⁊ consuetudine: an sint cōuenientia: deinde minuatur sanguis ante statuz: quia flobothomia omnib⁹ curis synoche ⁊ synochi est melior. Synoche autem conuenientior est: quia sanguis eius purus est. Qr si omnia predicta sint conuenientia: virtus quoqz non sit imbecillis scarpellis bis succurrenduz est. ℂ Item omnibus supradictis bonis ⁊ virtute debili existente: ne temere sanguis minuatur cauendum est: sicut diximus in causa synoche: in qua monstrauimus sanguinem non debere minui in statu: nec in augmento: qr inde natura impeditur. Nam virtus lz in his vtrisqz febribus sit fortis: in augmēto ⁊ statu tamē nō oportet nos ei credere. In initio ergo nisi virtus obstiterit minuatur. Si autē in initio nō ausi fuerimus: extinguamus acumē sanguinis cū succo granatorū: oxysenitia ⁊ similibus.

Ras. x. ad almāsorē. c. vj. — *Auicē. fen p̄ma li. iiij. tra. ij. c. xlvj.* — *Isaac lib. v. febrium.* — *Rasis divisiō cxlix.*

ℂ Ex traditione neotericoruz seu auctorū recētium. ℌ. iiij.

De sanguine due generantur febres. Una que synocha inflatiua appellatur. Alia dicitur synochus putridus. Et si fuerimus interrogati que sit differētia inter febrem synochaz: que fit ex putredine sanguinis: ⁊ synocham que non fit ex putredine que inflatiua vocatur. Respondeo ꝙ in synocha que fit ex putredine sanguinis patiens facit vrinam putridam: ⁊ pulsuz habet inordinatum: qr constrictio eius velocior est: q̄ dilatatio propter naturam festinantem se ad expellēdam sanguinis putrefacti aquositatem. Inflatiua vero sic cognoscitur: qr vrina patientis nullam habet putredinem: qr materia eius est purus sanguis non putrefactus. Qr si reprehenderint nos quidā dicentes: quomodo accidit sanguini putredo: cum amicus sit nature ⁊ per euz regatur ⁊ nutriatur corpus? Respondetur ꝙ lz sanguis amicus sit nature: tamē aggrauat naturam cum augmentatur: vnde odio habetur ab ea: sicut pater odit filiuz cum ei non obedit. Sanguis ergo a tēperamento egressus a natura eycitur ⁊ per nares eycitur: aut per alias partes egreditur: quē si non poterit expellere: dimittit eum: vnde putrefactus synochuz generat. Rursum si dixerint que sit differentia inter febrem que fit de putredine sanguinis: ⁊ febrem continuā: que fit de putredine ceterorum humorum. Respondeo febris que fit de putredine humorum: lz videatur continua esse: bonus tamen medicus si bene eam inuestiget sentit eius interpolationem: que fit inter finem vnius accessionis: ⁊ initium alterius. Sed synocha nullam habet diuisionem: nec aliquid tranquillitatis: nisi in extremitatibus dierum cum aer fuerit frigidus: que mitigatio non fit propter febrem: sed qr infirmus gaudet de aeris frigiditate febris acumen mitigante. Que tribus modis est: ⁊ in tres species diuiditur. In augmasticā: epaugmasticā: omothenam: siue in febrem addentem: siue diminuentē: siue vnius tenoris. Epaugmastica est valde salubris. Augmastica est valde mortalis. Omothena medio modo se habet. Hec autem diuersitas prouenit propter diuersuz modum putrefaciendi: ⁊ propter diuersitatem resolutionis putridi fumi. Unum sumitur ex parte humoris: reliquū ex parte corporis. Si enim maior fiat resolutio vaporis horribilis ⁊ maior euentatio q̄ putrefactio humoris: fit epaugmastica. Si econuerso augmastica: si equaliter omothena: qr si sanguis sit multus acutus ⁊ calidus: totum corpus putrescit: ⁊ postea paulatim declinat: sicut patet in palea combusta. Si ergo libera sit euētatio ⁊ resolutio propter largos poros: hac via generatur epaugmastica in contraria dispositione febris cōtraria: scilicet augmastica: ⁊ in media dispositione febris media: scz omothena. ℂ Deinceps ad curā synochi putridi veniam⁹. In istius cura incipienduz est a sanguinis extractione a flobothomia basilice: si virtus ⁊ omnia alia particularia cōueniant: vel a ventosatiōe super humeros: si sola virtus conueniat: ⁊ alia particularia non sint conuenientia. Si autem sanguinis extractio prohibeatur: vel etiaz sanguine iam extracto: insistendum est cuz refrigeratiuis ⁊ dissolutiuis. In principio ergo talium dispositio sanguinis est attendenda: vtrū sit accutissimus cholericus aut grauis flegmaticus: aut medio modo. Si ergo vehementer sit calidus acutus: detur succus malorū granatorum psiliuz oxysenitia: ⁊ hoc cū succo granatorū ⁊ aqua resoluātur ⁊ exhibeantur: vel syrupus viol. vel nenupharis cuz cassiafistula ⁊ māna resolutis: demus aquaz ordei ad bibendum. Si autem sanguis sit grauis flegmaticus: resoluamus cassiam fistulam ⁊ mānam cum aqua decoctionis absinthy endiuie maratri prunis viol. Si medio mō se habeat: coquantur iniube semi. mundata endiuie: ⁊ resoluatur cassiefistule. ℥. ß. māne. ℥. j. exhibeantur. Si autē per hoc venter non laxatur: fiat suppositorium de succo mercuriali melle ⁊ sale ⁊. ℈. ß. scamonee. Si autem nec sic laxatur: fiat clystere cum refrigerantibus ⁊ humectātibus: vt sunt viole malue mercurialis ordeum mundatum lotura furfuris. In istoruz decoctione ponatur mel: ⁊ oleum violarum cum modico sale ⁊ eyciatur: ⁊ potest addi medulle cassiefistule. ℥. ß. vel. ℥ j. remouendo mel. Si adsit dolor capitis predicte fiant illinitiones: ⁊ fomentationes: ⁊ cataplasmata de sandalis rubeis ⁊ oleo viol. si tamen stupor ⁊ catarrus sint absentes. Si vero adsit vi/

Cura synochi putridi.

gilia raso capite humectetur caput cuꝫ aqua decoctionis
papaueris lactuce violarum absentibus catarro ꝛ stupo
re. Si adsit punctio in stomacho accipiat succuꝫ cucume
ris vel cucurbite cum succo malorum granatorum. Si
cardiacam tremorum patiantur: super os stomachi po/
nātur cataplasmata de sandalis rosꝫ. malua farina ordei
de cineribus fornacis fabrorum ꝛ pauca camphora. Hec
distemperentur cum succo portulace semperuiue arno/
glosse ꝛ aceto. In superfluo fluxu sanguinis per nares ar/
gillam cum aceto distemperatam super totam frontem
ꝛ faciem ponamus. ¶ Cura autē synoche inflatiue fere
est eadem cum cura synochi putridi: nisi q cura synochi
est grauior. Si tamen in ea omnia particularia conue/
niant: vt est virtus: regio: etas: tempus: consuetudo: habi/
tudo festineꝫ flobothomia de mediana: si pectus habeat
sanum ꝛ forte: si xo non habet pectus sanuꝫ ꝛ forte bene
de basilica: ꝛ sanguis extrahatur quantuꝫ virtus poterit
tollerare: qꝛ multa flobothomia quādoqꝫ sufficit ad cu/
raꝫ: ita vt per hāc vno die tota febris auferatur ꝛ cureꝫ.
Si autem virtus sit fortis ꝛ alia particularia non conue/
niant: sicut etas ꝛ supradicta: tūc scarpellemus solū: idest
ventosas super humeros ponamus cū forti scarificatio/
ne. hec eniꝫ cor ꝛ pulmonē infrigidat: ꝛ sanguinē tēperat
bullientē. Si autem virtus sit debilis: quocūqꝫ modo se
habeāt particularia: nec sic: nec aliter de sanguinis extra/
ctione nos intromittamus. Similiter si febris sit in au/
gmento: vel in statu quocūqꝫ modo se habeat virtus: vel
alia particularia: nunq̄ sanguinē extrahamus: ꝛ cuꝫ solis
infrigidatiuis est insistendū. Et sicut dictū est in synocho
putrido: procedere in cura synoche inflatiue debemus.
Cauēdū tamē ne aqua frigida exhibeatur cū sanguis est
grossus ꝛ indigestus: ꝛ cuꝫ viscera sunt debilia ꝛ aposte/
mata: nisi forte sit apostema vehementis caliditatis.

¶ De pestilenti febre. Caput. X.

¶ Ex traditione grecorum ꝛ latinorum. .§. j.

PRimus de ijs febrib⁹ in putride ma/
terie genere: quas acutas sim
pliciter vocamus: nunc transeundū est ad id
febris genus accutissimū: qd pestilentie casu
euenit: subitoqꝫ plīmos rapit: vano affectuuꝫ
euentu. Huius mali varie sunt cause: vt diligētiores phy/
sici tradidere. Aeris eniꝫ intēperies vi quadaꝫ venenata
regiones: ꝛ celi tractus ingentes infestat syderū errantiū
tabifico influxu: qui nobis circūfusus: per respirationem
cordis vitalia letaliter subit. Alij etiaꝫ per cutis meatus:
cui spiritus sanguisqꝫ cōmoti protinus accurrūt: quibus
infectis febris exinde pestifera oboritur. Prelio quoqꝫ
sanguinolēto strageqꝫ facta numerosissima: spiritus exi/
tialis (vt Galenus scribit) regionibus propinquis pesti/
lentiam inducit. Constatqꝫ affricā insigni quōdam pesti
lētia debilitatā fuisse: quā locuste innumerabiles imerse
mari ꝛ ad littus reiecte putrido vapore excitarunt. Post
itē magnos terrarū motus pestilentia sepe orta est: diro
in profundo latēte vapore: qui pigritia: longo situ: ꝛ eter/
na nocte torpescebat: hunc postea purū aerem liquidūqꝫ
infecit: ac polluit: vnde nouas febres attulit paucisqꝫ no/
tas. ¶ Paulus egyneta inter medicos auctor egregius:
omnes qualitates in aere noxias inueniri posse affirmat:
quibus humana habitudo in hūc morbū prolabi potest.
Inuenti eniꝫ sunt etate nostra: qui extrema senectute ra/
pti sunt: qui prius iuuenes in maximis pestilētijs tuti fue
re. Varie enim cause sunt ex quibus varij effectus proue
niunt. Mirūqꝫ vestimenta lanea presertim hanc pesteꝫ
diu conseruare. In primis hominis proprietatē: ac aeris
circūfusi: vel aque: vel alterius rei naturaꝫ nosce oportet:
quibus facile occurrimus contrarijs qualitatibus: vel ijs
que sine certa qualitate: sed speciali dūtaxat forma subue
niunt. ¶ Veruꝫ prius: qd diuinus Hippocrates icessan/
ter clamabat: perquā humida corpora siccāda: ipuraqꝫ
purganda: ac poros a periendos corporis: qd Galenus se
factitasse scribit: quo tēpore frequentes carbunculos ori/
ri videbat: certissima pestilentie auguria ex abūdanti pu
tredine. In quo casu sanguis mittēdus est: sed modus ser
uandus: magis tamē quibus in vsu est: vel quib⁹ sanguis
melācholicus substiterit: vt menses in mulieribus: ꝛ ma/
ribus hemorroides: aut in vtroqꝫ genere narium proflu/
uium: tempus idoneum est plenilunio. Qui venaꝫ secari
non patiuntur natibus cucurbitas imponant: aut sangui/
sugas: sanguineis ac morbidis corporibus id sepius fieri
debet. ¶ Vomitus obest nisi sponte fiat. Malam eniꝫ
materiā ad vitalia trahit. Aluus molliēda est rore syria/
co: qd māna vocant iudei: officinis nunc familiarissimo.
Siliqua egyptia quā cassiam fistulam falso appellauere:
cassiefistule odorate noīe errore manifesto Galeni Pli/
nijqꝫ graui testimonio: tamaridis quoqꝫ ac violacea po/
tiōe. Alij vbi aluus astricta est: clysterē īfundūt cōmunē.
¶ Paulus egyneta auctor grauissimus spondet Galeni
auctoritate: rubricam armeniacā potam dragme. j. sum/
mopere prodesse: ꝛ hieme tyriacam pari modo ex vipe/
ris compositaꝫ. Qua rome Galenus vsus est maxima in
pestilentia: que omnibus bibentibus salutaris fuit. Sed
eo peruenit audacia ꝛ non solum priora immutarunt: sed
etiam aliquid addiderunt. ¶ Cataputia sunt ruffo ascri/
pta: que ex ijs fiunt: aloes epatitis lote. ʒ. iiij. myrre puris/
sime quā stacten vocant: croci omnium. ʒ. ij. ex vino dan/
tur summo mane dragme. j. aut semidragme. Qui his ca
taputijs vsus est vt ruffus: neqꝫ pestilentia: neqꝫ cōtagio
ne vnq̄ correptus est. ¶ Paulus egyneta aliter descri/
bit hanc potionē propinandā: quā nostri in cataputia di/
gessere: quo deuoratu faciliora essent. Ille aūt ex ruffo ita
demonstrat. Aloes epatitis lote partibus duabus: armo/
niaci: thymiamatis tantūdem: myrre parte vna. Hec in
vino diluta meratiori danda sunt: prisci cyati mensura.
Vbi corpus refrigerandū est: violacea potione vtimur:
rosacea: vl' citrei mali admixta portulace aqua. Cichorij/
ue seris acetose: quā oxalidē quidā vocant: cretes oxyni/
dam vulgo dicūt. Sonchi buglossi illā scariolaꝫ vocant:
omniū semiūcia. ¶ Alia potio est diligentioribus obser/
uata: miri effect⁹ in qua ꝛ stomachi ꝛ cordis ratio habeꝫ.
Seris: sonchi: acetose: buglossi: singuloruꝫ manipulus: se/
minis itē acetose portulace seris ꝛ mali citrei excussis tu/
nicis omniū semiūcia: rosarū rubeaꝝ: violarū: nymphee:
lilia buglossi vtriusqꝫ generis omniū. ʒ. iij. rorismarini. ij.
aque rosacee triduo iusta infusione macerentur: postea
per furnibulum leni flāma destillans aqua excipiatur:
in qua ꝛ sacharum addimus: ꝛ cytrei mali succum: ꝛ san/
dalorum farinam: spodijqꝫ momentuꝫ: eadem facito in/
ferueant: ad liquidi mellis crassitudineꝫ: ex qua bine vn/
cie per se mane assumuntur: ꝛ tribus horis ante cenam.
¶ Vbi excalefacere opus esset pro celi qualitate ac ho/
minis habitudine: ea potio vtilis est: in qua bethonica ca/
medris cichorium calamenta sansucus omnium pares:
portiones: cortici medici mali: çedoarie: iunci odorati: sti/
cadis exiguo gariofilo ac cinamomo addito. Animad/
uertendum tamen est vbi hominis habitudo frigida est
ac celi qualitas contraria: naturam hominis sequi opor/
tere: in qua sententia ꝛ Galenum fuisse video nam aeris
caliditati sponte aduersaꝫ natura. Aerqꝫ ex omni cōfesso
id elaborandū est vt corporis omnino temperamentuꝫ:
victu exercitatiōe: potionibus: leto animo: ceterisqꝫ pre/
sidijs

Cura syno/che inflatiue.

Paulus egy/neta.

Hippocra/tes conu.

Vomit⁹ est in pestilentia.

Cura febris pestilētialis.

sidys conseruetur. ¶ Hinc ad curationes pestilentie trā/ seamus. Si vero neglecta obseruatione: aut per ignorātiā: aut ex improuiso: vel alio casu febris pestilēs ex familia/ ribus aliquē inuaserit: confestim mutādus est celi status: τ in plures partes distributa familia: longinque regiones petende sunt: vel ita segregādi omnes: ne si quis cōtagio/ ne male affectus est: alium quoqz cōtaminet. Plurimum ex sanguine biliqz ruffa: ex flegmate vero raro: cū vitio aq̄ vel pestiferi cibi fuerit: fieri solet. Galenus horā prādy: ac cene pro ꝯsuetudie laudauit. Aly vespertinā matutināqz preferūt interdiu τ sepe salutares mixturas cōfectiones: variosqz potus τ saluberrimos cōtinenter prebēt.

Cōfectiones in pestilētia.

¶ Cō fectiones sandaline plebi idonee sunt cum aqua rosacea. Alia minus iocunda: sed mire virtutis: ac facilior: in qua rosacee vncie tres: rubrice armeniace τ vini odorati non austeri singulorū vncia. Aly tyriacam dedere admixtio smaragdi gēme polline ex aqua rosacea. Aly alia impe/ rant: que palato naribus ac stomacho non conueniunt: de quibus obiter minus dicēdū putamus.

De sanguinis missione.

¶ Maximā de/ siderat animaduersionem in pestifera febri sanguinis di/ missio: que largior imperanda est: si sanguinis vitio conti gerit: si etas: ac vires sunt. Exilior cū vbi alter humor ad/ mixtus est: q si simplex fuerit: alui deiectio magis ꝓdest. Dādaqz opa ē ne iportune vena feriat̄: nihilqz nocētiꝰ est sanguinis dimissione: vbi necessaria nō est: vires. n. corpis maxie subducit. Catartici rō est: vt nihil venenatū: nihilqz molesti hēat.

Catarticū in bili ruffa.

¶ Si bilis ruffa infestat: hoc medicamēto tuto celeriterqz trahit̄: in quo ponunt̄ roris syriaci vncie due: radicis barbare p noctē infuse dragme due: in aqua cicory acetose meri albi omniū semiuncia. Summo ma ne lintheolo mundo radicē exprimes: in eo succo rorē sy riacum antedictum admiscebis: aqua buglossa prius ma/ ceratum. Hanc potionem statim saluberrimā dabis. Si ros antedictus pro egri fortuna emi nō potest: succus sili/ que alexandrine vicem implebit. At vbi pituita est agari cum oxymelite preparatum vtiliter datur qd̄ τ cordi con uenit. At polypodio: epithimo: sena: atra bilis eximie pur/ gat̄: adusta mā radice barbara fumiterre succo: ac capri/ no sero.

Simplicia pestilētie tēpore experta.

¶ Cōposita deniqz morbi mā compositis reme dys curatur. Narrant qui experta ꝓdunt: si quis initio pe stilētie febris kalendule succi vncias duas aut tres ad sū/ mum biberit: deinde vestimentis operiatur: liberū reddi ab ea labe. Hec vulgaris herba est sponte nascens in gal/ lia. Multi scabiose succū ad hos vsus efficacissimū pre/ dicant: quo veneni vis duodecim horarum spatio ꝓpella tur. Aly non minoribus laudibus succū verbene eiusdem effectus celebrauere. Mirā vim habet aduersus pestes tormentilla radice rubra odorata quam sparganiū greci vocant. Nam τ cōtra serpentes bibitur dragme due pon de. ex vino. Diptamū preterea laudatur cretense τ in al/ tissimis montibus inuentum a Diascoride: Galeno: Pli/ nioqz cōmendatum scrupuli ponde. ex rosacea. Aliq spē maximam in rubrica lemnia habent: solāqz ꝓdesse spon/ dent: cui maximam auctoritatem dedit Galenus in libris suis. Aly bethonicam summis laudibus predicauere: vel sicce farinam ex vino. Violentiam enim morbi ad extre/ ma expellit. Nonnulli cicorium preferunt estate. Aly vero maiora audentes: hoc modo aquā colligunt ex furnibulo Kalēdule sparganȳ diptami bethonice citreaginis diū manipulum: rubrice armeniace vnciā: machir dragmas tres: aceti libre: per noctem consperso destillationibus cō stituunt: ex quibus aque sexquiuncia satis est si mane ꝓpi natur. ¶ Sanū enim hominē a pestilentia reddit valē/ tissimo remedio.

Contra pestilē. carbunculi inunctio.

Inunctio quoqz cōtra pestilētie carbū/ culos: ac abscessus oēs fieri solet mirabilis effectus: que hoc modo fit. In vase enim vitreo sambuci florū partes sex imponunt: ebuli partes duas: hyperici partē vnā: olei peruetеris quantū satis sit: vt iusta infusione supernatet: obturato deinde ore estate vniuersa solibus continuis ꝓfi citur: atqz ita insolato: vbi opus est vtuntur. Carbūculos enim τ inflāmationes oēs siue impetus ter quaterue in die inungunt: aly totū corpꝰ: vnde vehemēti sudoris pro/ fluuio virus omne elicit̄.

Unguentum mirandi effectus in pestilenti febre.

¶ Oleum aliud siue vnguentū mirandi effectus: olei vetustissimi selibrā in phialā impo/ nunt: in qua triginta scorpiones nouem horarum spatio ociose lento igni deferuere faciunt. Aly cacabū aque ple num ad ignē componūt: in quo phialam antedictā impo/ nunt vt feruēte aqua oleum pariter intus ebulliat: in qua demum tyriace optime ligulam addunt. Iterūqz faciunt deferuere: demum eximunt: ex eo inungi debēt arteriarū pulsus in manibus: precordia ipsa ac iuguli lacus: τ cetere partes que arterys respōdēt: circaqz deniqz apata. Post horas sex iterū inungi debent eedē corporis partes: τ sta/ tim eger haud dubio cōualescet.

Potio salutaris sepe experta ab amico.

¶ Potio quoqz saluta/ ris sepe expta: nec vana vnq̄ inuenta: hē pulueris cordia/ lis dragmas duas: ramēti cornu ceruini dragmā: seminis sancti (ita vulgus vocat) myrre singulorū sexquidragmā: ex aceto q̄ acerrimo ad ignem ꝓtinus quum inguina ten tantur: bibitur: in promptu enim esse debet remediū: su/ dore enim prorumpente vndiqz virus elicit̄: atqz ita iu/ xta ignē calefactis lintheolis mēbra fedo sudore detergē/ da: mutandaqz sudariola sunt: donec sudoris graueolētia inter fricationes subsistat. Miro enim presidio: vt Alexā der bñdictus nostri amātissimus etate nostra doctissimꝰ affirmauit: Georgy valle auctoritate motus a pestilentia tentantes liberat: neminemqz qui eam opportune potio/ nem ieiunus biberit: ab hac violentia opprimi cōstat ma nifesto ac vulgato experimento.

¶ Ex traditione penorum τ arabum. .§. II.

Isaac. 5. feb.

Causa pestilentiarum plurimū est muta/ tio τ corruptio aeris in quatuor tē/ poribus anni. Mutatio aūt anni fit quatuor modis. aut cum dominat̄ ei vna ex qualitati/ bus. aut ꝓpter fumum τ puluerē terre eum perturbantem τ obscurantē. aut ꝓpter fumum maris τ lacuum atqz paludum. aut ꝓpter magnū fetorē sicut ca/ dauerum corporum animaliū: qd̄ est ceteris peius. Pro/ inde plurimum patiunt̄ pessimos morbos de pestilētia/ li genere: τ febres nō de genere humorꝝ: q2 sicut pessimꝰ morbus aut venenosus: silr τ aqua nocet τ destruit substā tiam eam accipientium: nec saluant̄ nisi rarissimi: sicut τ aer quando corrumpitur τ putrefit: quiqz patiuntur non euadunt nisi paucissimi. Aer etiam nocibilior est cibis τ potibus: τ velociter perforat ad cor: τ pulmonem cū fla/ tus attractu sine vlla remotione: proinde omnes infirmi τ sani plurimum infirmantur de aeris corruptione. Anti/ qui concordati fuerunt: τ maxime Hippocrates: q2 si in quatuor anni temporibus aer corrumpatur: generant̄ in illo anno pessime τ mortales passiones. Dixerunt etiā si venti quatuor in duobus mensibus hiemis: idest decem/ bri τ ianuario perflent: τ puluis in aere augmētet̄: τ aeris complexio in siccitate mutet̄ nullam habens pluuiam: τ dies in qualitate diuersant̄: vt scilicet vna dies sit calida: alia frigida fuerit: hec pessima signa in hieme. Vere autē accedente pluuiali τ turbido: cuius perturbatio nō dissol/ uitur nisi in quinto aut in septimo die: fiunt febres pessi/ me: non s̄m humores: sed plurimum nascuntur vario/ le τ pustule. Multo etiam plurimū tunc oriuntur mor/ tales pestilentie. Dixerunt etiam si ver τ hiems taliter fuerint: necesse est fit in estate aer turbidus: τ humidus:

Rasis in lib. diuisionū capi. 158.

non clarus: ⁊ arboribus ⁊ terrenascentibus puluis domine- tur: vnde fit causa in corpore desudationes generans. Corpora etiam non sudant: nec humectantur sicut sunt so- lita in estate humectari cuncta naturaliter. ¶ Rasis. Cū videris nauseam frequentem cum febre tepida: tūc scias ꝙ ipsa est febris pestilētialis: ⁊ propria quando cōmuni- cat ⁊ multiplicatur: ⁊ sunt pestilētie manifeste in aere cir- cundante eos: stude ergo tota intentione in confortando cor istorum: ⁊ temperando aerem continentem eos: ⁊ ad- hibe eis bene redolentia: ⁊ intromitte eos in domos odo- riferas mundas: ⁊ sterne eas plantis bene redolentibus ⁊ aspectu viridibus: ⁊ suffumiga eas cum sandalis ⁊ cāpho- ra: ⁊ asperge eas aqua rosarum ⁊ aceto: ⁊ asperge ex eis su- per frustum luti antiqui: aut super lateres domorū: si sunt antiqui veteres: ⁊ pone super timpora aquam rosaceaꝫ ⁊ camphoram: ⁊ sandal'. cum panno mundo in eis infuso: ⁊ fac eos odorare res odoriferas semper: ⁊ da eis in potu aquā frigidam veri frigoris valde: ⁊ rob granati acetosi: ⁊ rob agreste ⁊ acetositatem citri: ⁊ lac acetosum: ⁊ aquaꝫ mixtam cum aceto quādo non presto est aliud: ⁊ ciba eos pullis assatis: ⁊ vitello ouorum: ⁊ da eis in potu vinū albū boni odoris odoriferum: cui admixtum sit quantum est quintuplum eius aque dulcis.

Rasis. 10. ad Almansoreꝫ cap. 16.

¶ Rasis. 10. ad Almanso- rem. Febribus que ex aeris corruptione generantur: non videtur in principio multa inesse acuitas: neqꝫ caliditas cum tangitur eger: sunt tamen in occultis corporis parti- bus: ⁊ in ipsius profundo magni nocumenti: ⁊ sunt dece- ptorie: ⁊ vehementis operationis: ⁊ sunt febres lente ⁊ te- pide: sed concluse: cuꝫ quibus anhelitus: ⁊ quicquid a cor- pore egreditur: valde fetida sentiuntur. His ꝯo febribus laborantes tribulationē magnam: ⁊ sitim vehementē pa- tiuntur: eorūqꝫ anhelitus augmētatur: ⁊ fit spissius: ex quo- rum corporibus cū vomitu ⁊ egestione res feda egredit̄. ⁊ insolita: deinde icipit eis superuenire syncopis: ⁊ moriunt̄.

¶ Ex traditione auctorum recentium. .§. III.

Pestilentialis febris potest ab oib⁹ humoribus indifferē- ter ꝑuenire. Nā contingit interdum aerē esse infectū venenositate: puta a ꝯstellatione: vel ab aliquo vapore ab aliquo corpore resoluto: sicut exempli gratia: scilicet ab infectis cadaueribus: ⁊ a stagnis corruptis: a cimiteriis: sterquiliniis: aut consimi- libus qui aer sic infectus ad cor attractus: spiritus inficit venenositate: qui infecti humorem magis aptum talē in- fectionem suscipere inficiunt: ⁊ sic febris causatur pestilē- tialis. Interdum tamen in viscerib⁹ terre vapores inclu- duntur venenosi: qui plantas inficiunt: aut plantarum nu- trimentum: propter qꝺ illa terrenascentia comesta nō so- lum humores: quos generant inficiunt: verūetiam in cor- pore existentes. Ideo dicebat Auicēna secunda primi: do- ctrina secunda: cap. de iudiciis complexionis anni: ꝙ mor- talitates corrumpunt arbores ⁊ vegetabilia: ideoqꝫ corrū- puntur ex ea animalia que ea comedunt: ⁊ ideo homines qui eis vescuntur: corrumpuntur. Et si aliquis diceret: si corruptio aeris fiat per actionem motus stellarum: que necessitas fuit vt hec in libris scriberentur a medicis: cuꝫ ea defendere contra syderum repugnationes nequeunt: Respondeo ꝙ corruptio aeris non accidit nisi corporib⁹ ad eam preparatis. Unde cum medicus preuideat signi- ficationes aeris in vnoquoqꝫ tempore anni venturi: pote- rit mundificare materiam de corporibus ad corruptio- nem preparatis prius: ꝙ̄ corruptio accidat eis: ⁊ etiaꝫ tē- peramentum prestare scierit: vt vēture corruptioni repu- gnare valeat. Nam si preuiderit fore calorem nimium in aere: ⁊ siccitatem ⁊ adustioneꝫ: festinet ad purgandā cho- leram eorum in quibus est cholerica complexio: ne illius feruoris caloreꝫ facillime per similitudinē recipiat. Den- tur quoqꝫ frigida ⁊ humida venturo calori repugnantia: quia rationalis anima dignior stellis est: vt vult Isaac. v. febrium. Nam actio earuꝫ ei minime accidit nisi cū igno- rantia tenetur. Dum enim eam senserit eaꝫ omnino caue- bit. hoc testificatur ab eo qꝺ videmus ab optimis mathe- maticis: q₂ cuꝫ certissime nouerint dies particularis mor- tis: inferentes eis qui in mare ingrediunt̄: satis potest eos tueri. Similiter ⁊ illos qui in bello morituri sunt. In quo igitur differat homo a ceteris animalibus intelligenti cla- rissime patet. Nam ratio ⁊ discretio est ea semper inqui- rere ⁊ desiderare bona: ⁊ mala respuere: eisqꝫ repugnare: quia non est subditus naturali actioni vt vult beatus Au- gustinus in libro septuagintatriū questionum: nec est etiā subditus pestilentiali desiderio: vt vult Isaac vbi supra: nisi cum ignorātia tentus est. Sed cum scit ⁊ discernit bo- num a malo: verum a falso: ⁊ iustum ab iniusto: querit si- bi bonam parteꝫ que est ei similis: vnde homo est: ⁊ sper- nit partem malaꝫ que non est ei similis vnde est animal.

¶ Quantū ad curā istius febris sic procedamus: ad me- dicinalia condescendo. primo doctrinam insequens Aui- cenne. Si febris ab alio humore deuenerit ꝙ̄ a sanguine: sunt illi humores euacuandi: ⁊ si a sanguine ꝑuenerit: sta- tim fieri facias flobothomiaꝫ de vena media si infirmus equaliter senserit se grauatum: vel de basilica si magis ab inferioribus: vel de cephalica si magis a superiorib⁹ etate complexione ⁊ aliis consentientibus ipsaꝫ facere vsqꝫ ad lyppothomiā non vituperant recentiores medici: vel sal- tem fieri facias secundationem. Qꝺ si etas vel aliqꝺ taliū flobothomiam prohibuerit ventosas super nates: vel spa- tulas cū scarificatione ꝭm exigētiā apponi facias. Si aūt ab alio humore ꝙ̄ a sanguine ꝑuenerit: quem sanguini iu- dicares permixtuꝫ. Cōsimiliter fieri facias flobothomiā vel ventosas: non tamen sanguis in tanta extrahat̄ quāti- tate vt in casu precedēti. Et lꝫ hec febris possit a quocūqꝫ humore prouenire indifferenter: principaliter tamen hu- mori non attendimus: sed extinctioni caloris: ⁊ venenosi- tati materie: cor scilicet confortando. Nam materie dige- stio est ipsius venositatis correctio. Et ideo facias sic. ℞. aque buglosse violarum pimpinelle. aā. ʒ. iiii. aque rosa- rum lib. s. syrupi de acetositate citri: de limonib⁹. aā. ʒ. ii. syrupi de succo acetose. ʒ. ii. vini granatoꝝ. ʒ. iii. fiat iulep aromatiçatum cum sandalis muscatellinis de tali bibat sepe in omni hora qua vult. Item in isto casu multum va- let aqua herbe tunici facta cum suis radicibus ⁊ aqua tor- mētille facta: similiter ⁊ aqua diptami scabiose ⁊ acetose.

¶ Iteꝫ. ℞. syrupi de lymonibus de acetositate citri. aā. ʒ. ii. s. aque acetose scabiose. aā. ʒ. ii. aqua pimpinelle ⁊ her- be tunici. aā. ʒ. i. s. clarificet̄ pro duabus vicibus: ⁊ det̄ in aurora aromatiçando cum sandalis. Item cōueniūt odo- ramenta epithimata ⁊ vnguenta pro corde epate ⁊ testi- culis ⁊ renib⁹: que supra de causonide scripta sūt. ¶ Pro cōfectione da hanc mixturā. ℞. cōserue violarum bora- ginis buglosse. aā. ʒ. s. ꝯserue nenupharis. ʒ. iii. manuschri- sti cū perlis lib. s. fragmētorum omnium lapiduꝫ precio- sorum. ʒ. ii. margaritarum tritarū. ℈. ii. folioꝝ auri nume- ro. xii. fiat mixtura deaurata de qua sepe comedat: ⁊ de ea bibat cum aqua acetose si libuerit. ¶ Pillule salutis mirabiles preseruantes a peste: siue fuerit pestilentia ab aere corrupto: siue ab influentia syderum: siue a quacūqꝫ causa citra deū: quas habui ab amico in finib⁹ germanie: quib⁹ mediātibus oēs preseruabat a peste: siue sumātur ꝑ se: vel in forma opiate: ⁊ sub vtraqꝫ forma possunt fieri ℞. aloes cicotrini. ʒ. ii. s. myrre. ʒ. i. croci oriētalis. ʒ. s. cu-

mini coriādri p̄parati.añ. ʒ.iij.radicis tormentille. ℥.j.ß.
boli armeni.℥.j.terre sigillate siue terre lēnie. ℥.ß.seminis
basiliconis seminis citri.añ.ʒ.ij.seminis acetose. ʒ.ij.ß.ra/
dicis been albi ⁊ rubei.añ.ʒ.j.sandali albi ⁊ rubei. añ.ʒ.ß.
ligni aloes cassielignee.añ.℈.ij.ossis de corde cerui coral
li rubei spodij.añ.ʒ.ß.puluerizanda puluerizentur ⁊ cum
syrupo de acetositate citri formetur massa pro pillulis de
qua formentur.vj.pro.ʒ.capiat aliquādo tres dum vadit
dormitum:⁊ aliquando vnā in mane hieme ⁊ vere:⁊ tē/
pore pestilentie omni mane vnā.Et si velit facere in for
ma opiate pone de syrupo de acetositate citri quod suffi/
cit pro forma opiate:capiat in mane dum surgit a lecto.ʒ.
ß.aut.℈.ij.vel.ʒ.j.s̄m videbitur.

¶ De variolis ⁊ morbillis. Caput vltimum.

¶ Ex traditione arabum penorum ⁊ auctorum recentiū.

Isaac. 5. fe/briū.c.de cau/sis variolarū.

Causa variolarum (vt vult Isaac. v. fe/
brium) materia est in cōpositione
fetus in vulua existentis:quā in quibusdam
locis natura claudit a principalibus mēbris
remotis:cutiq; vicinantibus ꝓpter debilita/
tem membrorum fetus:qualitatem illius materie nō su/
stinentium.Que cum mouetur ꝓpter aliqđ exteriorū si/
cut ꝓpter pessimos chimos:aut corruptum aerē a suo lo/
co egredit̄:cum natura repugnans expellit eam ad cutē:
q2 sibi vicina est:hac de causa fiunt variole:nec aliquis re
manet quin eas habeat:q2 earum materia fit in composi/
tione fetus.Sed plurimum adolescentulis ⁊ pueris fiūt:
raro iuuenibus:decrepitis nunꝙ.Impossibile enim est in
corpore vsq; in decrepitam etatem permanere propter
mutationem etatis temporis ⁊ exercitiorum ⁊ cibariorū
⁊ ceterarum diuersitatum:q2 natura eam sibi assuefecit:
vnde non mouet illam nisi cū ipsa per se mouet̄.Ideoq;
adolescētuli ⁊ pueri plurimū patiunt̄:q2 sunt gulosi:⁊ ci/
bos inordinate sumunt nec cauent aerem:aliaq; acciden/
tia:⁊ illis quibus calida ⁊ humida complexio dominatur:
que est putredini conueniens ⁊ familiaris.¶ Rasis. Si/
gna generationis variolarū sunt febres acute caliditatis
conclusa:⁊ vehementia doloris dorsi ⁊ pruritus nasi:⁊ ti/
mor in somno.Si autem febris est vehementioris calidi/
tatis:⁊ angustia est maior:tunc portenditur morbillus.
Morbillus autem est maioris timoris ꝙ variole nisi in
oculo.¶ Cura variolarum cum incipiunt signa est flobo
thomia:sed postea non:sed attende ⁊ si fuerit eger bonus
in paruipendenda egritudine:⁊ non habuerit angustiam
vehementem:⁊ variole iam inceperint exire:tunc rege cū
eis que festinare faciunt exitum variolarum:⁊ non des ei
in potu aliquid frigidum cum frigiditate plurima:vt non
stet exitus variolarū:⁊ superueniat ei tarditas ⁊ difficul/
tas.¶ In cura morbilli intende cū eis que educunt cho/
leram cū facilitate absq; calefactione:sicut aqua pruno/
rum:⁊ granati contriti cum suis interioribus cum zuccha/
ro:⁊ aqua ordei ⁊ aqua melonis indi ⁊ citruli ⁊ cucurbite
⁊ mucillagine psilij.In variolis si videris eas pigri exit⁹:
tunc da ei decoctionem ficuum cum lacte ⁊ aliquantulū
croci:vt festinare faciat exitus illarum. ¶ Isaac. Vario/
le de sanguinis putridi nascunt̄ corruptione:⁊ sunt de ac/
cidentibus synochum concomitantibus.Medicādus est
ergo in initio cum calidis ⁊ humidis:que intus naturam
dissoluunt:⁊ extrinsecus expellunt. Caueatur frigida me/
dicina que humores claudit ⁊ cōgelat.Medicina Xova/
riolas cito eyciens:⁊ sine molestatione est succus mara/
tri:apij cum oxyzacchara.Accipiant de hac confectione
a nobis probata.℞.ficus siccas qnq; lentis mūdate.ʒ.x.
lacce.ʒ.v.dragaganti totidē:maratri.℥.ß.omnia coquant̄
in vna libra aque ℥.ß.vsq; ad vncias quatuor:deinde cola

Cura in pestilen[tia]

Rasis in lib. diuisionū ca/pi.159.
Cura variola/rum.

Digest[io] feb. p[es]/tiali.

Syrup[us] eadem

Isaac. 7.via/[ti]ci cap.8.

Pille[.] experte[.] gulare[.]

⁊ mitte.ʒ.j.zucchari:⁊ da bibere ante cibū ieiuno:⁊ hora
dormitionis donec tote appeāt:⁊ deinde cesset. ¶ Aliud
℞.rose lentis mundate.añ.℥.ß.lacce.ʒ.ij.maratri seminis
cydoniorū dragagāti.añ.ʒ.j.ß.masticis.ʒ.j.omnia coquan/
tur ⁊ colentur ⁊ bibere dent̄.ʒ.iij.cum oxyzacchara.De/
mus ptisanum:bliti chrysolocannam cucurbitam.Epithi
mata vitentur omnimode:ne forte vulnera reuertant̄ in/
tra:⁊ cadentes in cardiacam moriantur.Studendum est
in initio ne in oculis pustule nascantur:⁊ lauentur cum lo
tura oliue oculos mundificante:his mundificatis impo/
nenda est aqua rosarum cū succo mali granati:vel aqua
rosarum:⁊ sumach.Post septem dies oportet custodiri
de medicina:vel dieta dissolutiua:quia hec passio ꝓpria
est solutioni ventris superuenienti:q2 si adueniat oportet
eam constringi cum medicina in diaria dicta:vel in alijs
locis libri nostri.Pustulis effluentib⁹ ⁊ desiccari incipiē/
tibus impleat̄ culcitra vbi infirmus iacet de risi farina:
supponatur vulneribus farina risi vel milij cum croco.
¶ In cura violarum nullo modo oportet fieri repercus/
sionem:nec in illis que fiunt in pueris ex sanguine men/
struali matricis:nec in illis que synochū concomitantur:
nisi circa oculos cum materia fuerit furiosa.Cum eni ma
teria sit venenosa ⁊ furiosa:si repercutiatur faciet dissinte
riam:vel aliqđ pessimum synthoma.Circa oculos fiat re/
percussio:q2 eorum substantia est valde tenera:⁊ propter
furiositatem materie cito corrumpuntur.In alijs autem
mēbris est generale vt fiat extractio materie ad exterio/
ra.Ad extrahendum autem materiam accipe succum fe/
niculi apij:⁊ in ipso tepefacto intinge pannum lineum:⁊
inuolue corpus:totum illud trahit māam ad exteriora:⁊
in parte consumit.Vel aliter fieri potest in variolis pue/
rorum:decoquantur in aqua lenticule:⁊ eis postea proie/
ctis illiniatur illa aqua.Lenticula ꝙuis sit frigida:cortex
tamen eius est calidus:⁊ aq̄ decoctionis eius attractiua ⁊
cōsumptiua.Circa oculos autem leuis fiat repercussio cū
bombace vel panno lineo in aqua rosarum intincto.Ab
interiori autem alteratiua administrentur ad infrigidan/
dum sicut oxyzacchara.Hec enim alterat ebullitionem
sanguinis:⁊ ipsū ad exteriora expellit. Necessarium aūt
est in pueris curare ipsam passionem:ne leprā incurrāt
in maiori etate:⁊ in febre acuta laudabile est cū digestio/
ne:quia significat perfectam corporis mundificationem.
Si autem fiat excoriatio ⁊ putrefactio cutis:fiat puluis
de rosis:⁊ de fabis siccis:⁊ superaspergatur. Cauendū est
autem ne fiat inunctio aliqua:ne materia nocens interius
retineatur.Item puluis lythargiri ⁊ plumbi vsti cum ca/
rie lignorum multum valet ad variolarum exiccationē:
⁊ ad materie venenose consumptionem. Puluis aūt thu/
ris masticis sarcocolle carnē regenerat:⁊ cicatrizat:idest
consolidat:⁊ loca mundificat.Vestigia autem variolarū
longo tempore post solent remanere:aliqđ multū valet
corporis impinguatio ⁊ balneum sicut dicit Rasis:⁊ vn/
guentum citrinum ea que faciunt ad mundificationē fa/
ciei.Item precipit Isaac zuccharum rosa.⁊ crocum cum
succo apij.i.decoctionē apij vel maratri gargarizare:hoc
enim valde mundificat faciem.Medicine aūt que delent
vestigia variolarum ⁊ vlcerum s̄m Rasim in libro diui/
sionum sunt lythargirium conditum:radices canne sicce:
farina ciceris:ossa vetusta:farina risi maturi:grana alben:
costus:aggregentur ⁊ terantur ⁊ liniantur cum eis in no/
cte:⁊ abluatur cum eis in die in balneo.

Ex traditiōe recentiū auctorum.

¶ Finitur tractatus de gn̄ibus febriū editus a dn̄o Sim
phoriano Chāperio Lugduneñ.Illustris.p̄ncipis Ducis
Calabrie:Lothoringie:⁊ Barri ⁊c.primario physico.

FINIS.

¶ Explicit Practica Noua Aggregatoris Lugdunensis dn̄i Simphoriani Champerij de oibus morboꝝ gn̄ibus ex traditione grecoꝝ: latinoꝝ: arabuꝫ: penoꝝ ac recentiū auctoꝝ. Venetijs impensa ere ⁊ cura Heredum nobilis viri. q. dn̄i Octauiani Scoti Modoetiēsis: ac sociorum. Anno a natiuitate Dn̄i. 1522. Die. 22. mēsis Januarij.

Registrum.

A B C D E F H.

Omnes sunt Quaterni preter F H qui sunt Terni.